



**NOVUS**  
**Codex diplomaticus Brandenburgensis.**

---

**Erster Haupttheil**

oder

**Urkundensammlung zur Geschichte**

der

geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte  
und Burgen der Mark Brandenburg.

Von

**Dr. Adolph Friedrich Biedel.**

XV. Band.

---

**Berlin.**

**G. Reimer.**

**185**



Riedel's  
**Codex diplomaticus Brandenburgensis.**

---

ammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen  
für die

**Geschichte der Mark Brandenburg  
und ihrer Regenten.**

Fortgesetzt auf Veranstaltung  
des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

**Des ersten Haupttheiles**  
oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte  
**funfzehnter Band.**

---

**Berlin.**

G. R e i m e r.

**1858.**



**Dritte Abtheilung.**

**Die Altmark.**

(Fortsetzung des vierzehnten Bandes.)

---

**Inhalts-Verzeichniß des funfzehnten Bandes.**

XI. Stadt Stendal . . . . . S. 1 bis 532.

---



## XI.

### Stadt Stendal.

#### I. Kaiser Heinrich genehmigt die von dem Bischofe Bernward zu Hildesheim unternommene Stiftung des Michaelisklosters, im Jahre 1022.

Henricus, gratia Dei Romanorum Imperator semper Augustus. Quia perpetuo sancitum esse novimus, ecclesias Dei cum personis Deo servientibus tueri ac sublimare, regnum quoque nostrum a Deo nobis concessum, et Dei misericordia jugiter conservandum, taliter et perseverare liquet, si predicto jugiter satisfacere non piget; Cunctis fidelibus sancte quoque matris Ecclesie filiis, presentibus scilicet et futuris notum esse volumus, qualiter vir Venerabilis Bernwardus, Episcopus ex oppido Hildenesheim dicto, in pago sito Alsfalo, in honore sancte Marie constructo super fluvium Hindrista, foras murum civitatis prescripte, in loco quondam squalido, feris quoque seu brutis animalibus coaptato, edificium quoddam Deo in honore sancti Michaelis archangeli a fundamento laboravit, partem etiam pro posse lucusque peractam consecravit. Unde celsitudinem nostram secundo jam adiens humillime precabatur, ut predictum sacellum futurum jamque monasterium, predia quoque sive mancipia de sui questus labore ad locum jam dictum contradita, seu aliquas possessiones, quas moderno tempore juste et rationabiliter possidere videtur, cum fratribus ibidem sub regula sancti Benedicti Deo famulantibus, sub tuitionem et mundiburdium regale illa ratione reciperemus, quo monachi eo in loco Deo servientes, liberam habeant facultatem electiones facere inter se si talis afflit persona, que condigna videatur, sive aliunde infra ejusdem Episcopii terminos sicubi inveniatur, Advocationes pariter et similia que eis necessaria sunt omnia cum consensu ejusdem loci Episcopi disponere habeant potestatem. Nunc ergo quia nos divinitas imperare decrevit minus oblivioni tradentes quod Antecessori nostro Domino videlicet tertio Ottoni nobis quoque hoc temporis fideliter defervivit, petitionem sui quam justam fore cognovimus non negamus. He decime ejusdem loci, In Nitilaun decimatio, In Laffordi decima, In Sawngon decima, In Hedilenthorp decima, In Berlon decima, In Eginstide decima, In Eizen decima, In Bernigisrothe decima, In Tosheim decima, In Hundisduri decima. In his vero locis sunt predia ejusdem Ecclesie cum rebus ceteris sibi concessis: Asheim, Niteloun, Laffordi, Sudenstide, Smithenkide, Wingon, Hedilenthorp, Heridishem, Dufunhem, Dennistorp, Vorden, Winithusen, Edinhufen, Alem, Tiereshem

Linnithe, Thornithe; Hec sunt in pago Aftfalo et in prefectura Tammonis. Hec vero in prefectura Luidulfi in pago Flenithi: Holthufen, Segulti, Pezun, Tcellenstide, Graffa, Aluzun, Bezzem, Esbike, Remloveshem, Hozingiffen, Alcfurdi, Thiederessen, Halacholdessun, Tuiguste, Suthre, Harliffen, Hetericheshem. In pago Valothungon: Berevilte, Betenem, Wallenstide, Megecingeroth, Achem. In pago Aringun: Rethen. In pago Scotelingen in prefectura Ducis Bernardi: Hundisduri, Hojershem. Item in pago Aftfalo: Oslevellem, Hottenem, Wiringe, Hefide, Lutea-Villa, Biscopesroth, Dröthe. In pago Merstem: Haringehufen, Limbere, Herdere, Pattenhufen, Davenstide, Cobbinghufen, Netelride, Walesrodhe, Everdeshem. In pago Guddingun: Medele, Sualenhufen, Ofide, in prefectura Udonis comitis. In pago Lischa: Remolveshufen, Dorstide, Lantwardeshufen, Eldageffem, Evergotessen, Hermanniggeroth, Wachana, Hermanneshufen, in prefectura Hermanni Comitis. In pago Logne: Timmertha, Lengide, item Lengide, Sueghufen, Winithufen, Wilmereshufen, Bredenbiche, Witmereshufen, Suen, Phefe, Rodolveshufen, Waleshufen, Wofthelmeshufen, Dransvelt, Lanclate, Winithi, Redolveshufen, Beringotesshufen. In pago Derningon in prefectura Ekberti: Remninge, Cimmenstide, Mollenstide, Achem, item Achem, Seinstide, Tiederezingeroth. Item in pago Derningon in prefectura Luidgeri comitis: Sceninge, Kisleven, Zezingeroth, Wurungon cum Sylva, Alabure, Selzstide. In pago Northuringon: Badeleven, item Badeleven, Dudulegon, Wermeresthorp, Emmode, Hugendorp, Edelgeresthorp. In pago Osterwalde in prefectura Marchifi Bernardi: Latondorp. In pago Belsheim in ipsius prefectura: Bremezhe, Eilerdesdorp, Steinedal. In pago Derningon in prefectura Luidolfi comitis: Biscopeshufen, Witisdesbutile, Meinem, Sinesfode, Witradesbutile, Vordorp, Knipenstide, Flechtdorp. In pago Gretinge: Mutha. Item Mutha, in pago Muthiwidde. In pago Flutwide, in prefectura Thammonis: Alenhufen, Eddinkhufen, Scelhufen, Wendelingeroth, Hadesheim, Utiffon, Sirdiffen, Scelipe, Wadilagun. In pago Tilithe, in prefectura Bernardi comitis: Drespen, Luidinghufen, Hejenhufen, Winethun, Bodecbiffun, Ilifun, Aldendorp, Dalchalen, Regilindhufen, Bennethe. Hic vero numerus Ecclesiarum cum prediis ad ipsas donatas: In Dalheim I, In Oren II, In Sowungen III, In Reinolveshufen IV, In Dimerthan V, In Lencleren VI, In Eveningerode VII, In Dalchalen VIII, In Berevilti IX, In Stemne X, In Lesse XI, In Tritthithe XII Cum omni decimatione; In Celle XIII cum decimatione. Omnes igitur predictorum locorum mansi non minus quadringenti quinquaginta. Hec vero in pago Aftfalo, scilicet in ipso loco Hildenesheim, pomerium in orientali parte Ecclesie, vineam in occidentali, silvam in septentrione. Possessiones autem diversas, que nostra lingua dicuntur Würdhe, numero XXIII in meridiana parte Ecclesie diverse locatas. Hec omnia cum eorum pertinentiis, terris videlicet cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus, villis, pascuis, vineis, pratis, Sylvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et redditibus, questis et inquirendis Ceterisque omnibus, que quomodocunque nominari possunt, utilitatibus, in parochiis videlicet singulorum, In comitatibus vero supradictorum prefectorum, in quibusque pagis uel territoriis, que idem venerabilis Antistes eidem monasterio contulit, ut nullus iudex publicus, nec quislibet ex judiciaria potestate, sive aliquis ex fidelibus, Sancte Dei Ecclesie, vel nostris, ullo unquam tempore ingredi et irritare presumat, huius autoritate precepti confirmari volumus. Precipientes ergo jubemus, Ecclesie jam dicte monachis sub nostra ammodo defensione et immunitatis tuitione liceat tranquillitate congrua residere, et pro nobis, proque incolumitate nostre contectoralis, vel regie prolis, Antecessoris videlicet nostri, sive Successorum, seu pro stabilitate totius Imperii nostri, a Deo nobis concessi, et ejus clementissima miseratione perpetuo conservandi, jugiter misericordiam Domini exorare. Et ne quis supergrediatur auctoritatis stec donativa, sive infringere tempore superventuro prevaleat, Scriptis confirmavimus istec, Manu



quippe subscribentes propria sigillo nostro insigniri iussimus. Anno Dominice incarnationis Millefimo XXII, Actum Werella, in Dei nomine. Amen.

Nach Lauenstein's Historie des Bisthums Hildesheim S. 267, und desselben Descript. dioc. Hildesheim III, 103.

## II. Bischof Bernward von Hildesheim stiftet und dotirt das Michaeliskloster am Sitze seines Bisthumes, am 1. November 1022.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum esse cupio cunctis ecclesie nostre filiis immo etiam omnibus Christi fidelibus, qualiter ego Bernwardus humilis et indignus hujus sancte, Hildenesemensis ecclesie episcopus, divina tactus gratia reatus mei superflua perhorrescens Deique gratiam concupiscens, distraxi animum in diversa, quomodo eterne satisfacerem misericordie sicque remedium mee obtinerem anime. Tandem itaque portum salutis inveniens elegi et statui Christum heredem mihi, qui esset pars et hereditas mea et requies. Unde ad laudem ipsius et gloriam ejusque pie matris Marie et ad speciale patrocinium Sancti Michaelis archangeli et omnium celestium virtutum, cepi summa cum devotione novum edificare monasterium foris murum civitatis nostre videlicet sedis ad aquilonem. Verum ego fortem nature cunctis incertam sollicitate pertimescens ac ne prolixitate tanti operis mea spe in agendis divinis forte tardarer nimis aut negligerer, feci festinato et consumavi facellum quoddam valde splendidum prope ipsum monasterium jactis jam ex aliqua parte fundamentis ipsius basilice, in honorem scilicet Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi atque sancte et vivifice crucis perpetueque virginis Marie et Sanctorum, quorum ibi reliquie continentur, statuique ut esset baptismale inunctionis et sepulture non autem synodale synodus vero ut vel in porticu agatur vel in cimiterio. Coadunatis igitur quibusdam religiosi Christo Domino interim ibi servituris cuncta que habui et sancto Michaeli me daturum deliberavi tam in auro et argento et multiplici ornatu, quam in prediis et diversis utilitatibus huic facello donec idem monasterium perficeretur assignavi. Quo Dei gratia et magna mei instantia honestissime consummato et ab humilitate mea cooperante spiritu sancto gloriose consecrato, statim ibi secundum regulam beati patris Benedicti monastici ordinis indidi personas: quibus consecrato in Abbatem venerabili viro Goderammo ea ratione ipsos coadunavi ut sicut juxta monasticam normam sunt a seculi actibus alieni, ita essent ab omni impedimento secularis servitii liberi atque ut defuncto ipsorum abbate, si condigna inter eos fuerit persona de suis, sin infra nostri Episcopatus terminos seu aliunde concessu Domini Heinrici Serenissimi Imperatoris ac meo liberam sibi eligendi patrem habeant facultatem. Pari modo ut supra predia sua sibi utilem advocatum consilio ejusdem loci Episcopi eligant et inutilem et gravem rejiciant ab eadem imperiali Majestate obtinui meaque id auctoritate roboravi. Facta igitur prima solemnibus donatione sicut in privilegium jam dicti Imperatoris Domini Heinrici satis expressum est et tam sigillo ipsius quam etiam meo potiori hoc est aureo sigillo ab ipso videlicet cum aliis pluribus regalis munificentie muneribus mihi dato et jubente ipso bullato quasi gemino gladio munitum, dotavi illud pro paupertatula mea consensu et conlaudatione legitimi heredis mei videlicet dulcissimi germani mei Tammonis comitis non minus quadringentis LXVI mansis, decimis X, Molendinis X, ecclesiis autem XIII, cum decimatione et dimidia

in Holthufen cum XVI mansis que postea Imperatoris privilegio monasterio superaddita est, Non utique annumeratis inter has Ecclesias sancte crucis et beati Martini capellis, quas esse claustrales censui. Ipsum enim sacellum vivifice crucis quod feci baptismale inunctionis et sepulture sicut dudum deliberaveram consilio Ecclesie mee in monasterium ita transtuli eique incorporavi cum personis rebusque omnibus et cum omni jure suo, ut predictus Abbas noster Goderamms omnesque successores ejus curam illam jure perpetuo habeant et quos jusserint de fratribus divina ibi perfolvant, ita duntaxat ut de primitivo jure suo tantum retineat quantum consilio fratrum pro temporum et rerum varietate Abbas decernat. Hic autem numerus Ecclesiarum et hic situs earum. In Dalem I, In Horen I, In Sowgon III, In Remolveshufen IV, In Thimerda V, In Lancrion VI, In Avenigerod VII, In Daschala VIII, In Berevelte IX, In Stemme X, In Lessø XI, In Thrithide XII, In Zelde XIII cum decimatione. In Holthufen dimidia, quam principalis Ecclesie prepositus Bodo nomine consensu heredis sui dedit mihi, egoque Sancto Michaeli obtuli. Et he decime ejusdem loci, in Nitelogon, Decima in Lafforde, Decima in Sawgon, Decima in Hedelendorp, Decima in Berle, Decima in Eginstide, Decima in Ezem, Decima in Berniggerode, Decima in Tholem, Decima in Hundisdure. Porro iste sunt curtes ejusdem loci, In Steninge decimalis casa cum XXX mansis et uno, In Remninge alia cum XI mansis, In Senstide cum centum familiis et vinea, In Eginstide XII mansi, In Hundisdure VI mansi, In lutea villa XXX mansis et tres, In Biscopeshufen XXXVI mansi, In Kobingenhufen XV mansi, In Dasla XII mansi, In Hejonhufen X mansi, In Everdessem VIII, In Sualenhufen X, In Nitelogon XX mansi et unus, In Holthufen XX, In Rethen XII, Berevelte X et VIII, Betenem VIII, Remolveshufen XXX, Thimerda curtem cum LXXX mansis et vinea. Harum numerus una de XX. In his vero locis sunt predia ejusdem Ecclesie cum ceteris rebus sibi concessis. In Effem: Nitelogon, Lafforde, Sudentide, Smidentide, Wingon, Hedelendorp, Heredissem, Dufunhem, Bennestorp, Vorden, Winitshufen, Scellentide, Grafla, Aluzum, Bizzen, Asbike, Remleveshem, Hozingefem, Alecfurde, Thierderessem, Alacholdessem, Tuiguste, Suthere, Harlisse, Hederichessem. In pago Valothungon, Berevelte, Betenem, Wallentide, Megencingeroth, Achem. In pago Aringun, Rethem. In pago Scotelingen in prefectura Ducis Bernhardi: Himdisdure, Hogeresen. Item in pago Alsfalo: Oslevesem, Hottenem, Wiringe, Hefede, Lutea-Villa, Biscopesroth, Trothe. In pago Merstem: Haringehufen, Lembere, Herdere, Pattenhufen, Davenstide, Kobbinghufen, Nitelrede, Walefrode, Everdissem. In pago Guddingen: Midele, Sualenhufen, Ofithe, in prefectura Udonis comitis. In pago Lifca: Reinolveshufen, Dorstide, Landwardeshufen, Eildagesem, Evergothesssem, Hermannigeroth, Wachana, Hermanneshufen, in prefectura Hermanni Comitis. In pago Loghne: Thimerda, Lengede, item Lengede, Suechufen, Winitshufen, Wilmershufen, Bredenbike, Witmershufen, Suen, Hefe, Rodolfeshufen, Waleshufen, Wostheshufen, Dransvelt, Langlere, Winitthe, Redolveshufen, Bergotesshufen. In pago Derningon, in prefectura Ekberti: Ramnigge, Zemenstide, Mollenstide, Achem, item Achem, Seinstide, Thiderezingeroth. Item in pago Derningon in prefectura Luidgeri Comitis: Sceninge, Kiffunleve, Zezingeroth, Wurungen, cum Sylva, Alabure, Selzstide. In pago Nortburingon: Badenleve, item Badenleve, Duldlegon, Wermerstorp, Emmode, Hugendorp, Adelegereestorp. In pago Osterwalde in prefectura Marchifi Bernhardi: Latendorp. In pago Belshem in ipsius prefectura Bremezhe: Eilerdestorp, Steinedal. In pago Derningon in prefectura Luidolfi comitis: Biscopeshufen, Wiltidesbuttle, Mainum, Sinesrode, Wilradesbuttle, Aldagesbuttle, Vurdorp, Tnipenstide, Flegthorp. In pago Gretinge: Mutha. Item Mutha in pago Muthiwide. In pago Flutwide in prefectura Thammonis: Alenhufen, Eddinkhufen, Scelhufen, Wendelingeroth, Hardeshem, Siradeshen, Sceplice, Waditlogon. In pago Thilithe in prefectura Bernardi comitis: Drespen, Lindinghufen, Hejenhufen, Wini-

then, Bodekefchem, Ilifun, Aldendorp, Dafchala, Regelindenhufon, Bennethe. Omnes igitur predictorum locorum mansi ut predictum est non minus quadringenti LXVI. Molendinum primum juxta lucum, in Hildenesheim Aliud, in lutea villa Tertium, in Sualenhufen Quartum, Lafforde-Quintum, Nithelogon Sextum, Achem Septimum et octavum, in Sceninge Nonum, Thimerda Decima. Hec vero in pago Aftfalo scilicet in ipso loco Hildenesheim: Pomerium in orientali parte Ecclesie. Vineam in occidentali. Sylvam in septentrione. Poffeffiones autem diversas que nostra lingua dicuntur Würdhe numero XXVI in meridiana parte Ecclesie diverse locatas. Hec omnia cum eorum pertinentiis, terris videlicet cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus, villis, pascuis et pratis, sylvis et venationibus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, viis et inviis, exitibus et redditibus, quefitis et inquirendis ceterisque omnibus, que aut hereditario jure possedi aut seculari coemtionem acquirere potui, exceptis plurimis que altari sancte Marie in principali Ecclesia contuli, scilicet in prediis, coronis aureis, calicibus, candelabris, turibulis, palliis aliisque ecclesiasticis ornamentis, totum ubi fratrum per manus advocati mei tradidi Deo et sancto Michaheli Archangelo pro animabus predictorum Seniorum meorum, Imperatorum et mea omniumque Successorum meorum et eorum, quorum patrimonia adquisivi, quatenus servitores Christi ab omni terreno servitio liberi, sub defensione ac patrocinio Successorum meorum Episcoporum premuniti, in pace et misericordia quieta tempora ducant et in salutem viventium beate contemplationi inhereant. Si quis autem, aut mei ordinis Successor aut aliqua secularis persona hoc effringere voluerit et hec tyrannice sibi usurpare presumpserit gladio verbi Dei a Deo et Sanctis ejus illum submoveo et incumbente super illum omni maledictione careat benedictione sicque exterminatus a celo et terra partem habeat cum Juda et cum his qui in hereditate possident Sanctuarium Dei. Et ut hoc firmum et inconvulsum permaneat Dei gratiam omnis circumstantis plebs exorando semper obtinere studeat. Actum in Hildenesheim, Kalendas Novembris, anno incarnationis Domini Millesimo XXII. Domini autem Bernwardi hujus Ecclesie venerabilissimi Pontificis ordinationis anno XXX, Indictione V. Assistentibus uno Cardinalium videlicet Legato Domini Pape et undecim Episcopis una mecum hec banni sui auctoritate roborantibus. Testes horum tota Ecclesia mea cum aliis multis fidelibus. Id est Ekkehardus Schlesvicensis Episcopus. Edelgerus, Prepositus. Luidwardus Decanus. Thangmarus. Hildewardus. Swikkerus. Wikerus. Thongmarus. Thadilo. Eido. Thiebaldus. Wikkerus. Bodo. Hareth. Hapus. Wolbrecht. Bernwart. Vebbi. Wino, presbyteri. Wulfarius. Vulcaradus. Wicbertus. Evirhardus. Ellia. Bodo. Wulferius. Thietmarus. Reinwardus. Ben. Osdagus, Diaconi. Rothierus. Symon. Rembertus. Dode. Thiethmarus, Subdiaconi. Benedictus, acolitus. Hunaldus. Hildewardus. Godescalcus. Bodo. Ellia. Rotharius. Edelricus. Wulfarius. Hero. Ernust. Thongmarus, comes. Thiatmarus, advocatus. Wolbrecht. Thiethmarus. Poppa. Fridericus. Christoforus. Dede. Xyprianus et multi alii quorum nomina scripta sunt in libro vite. Amen.

III. Markgraf Albrecht der Bär stiftet einen Markt in dem Dorfe Stendal und befreiet die Bewohner desselben von Zoll-Abgaben in gewissen Städten seines Gebietes, um das Jahr 1151.

Albertus, divina favente Clemencia Brandenburgensis Marchio, Notum sit cunctis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Athelbertus, Dei gracia Marchio, in terra dicionis mee, que dicitur Balsmarlant (Balsamerland), forum rerum venalium institui, in propria villa mea, que appellatur Stendale, cum antea competens in terra illa forum non esset, Ubi legem hanc merces suas illuc advenientibus indulgeri placuit, Quatinus a die institutionis hujus exinde per quinquennium theloni jura nequaquam perfolvere cogerentur. Incolas vero memorate ville in urbibus dicionis mee Brandenburg, Havelberg, Werbene, Arneburg, Tanghermunde, Osterburg, Saltwedele et cunctis locis attinentibus, ab omni theloni exactione in perpetuum absolvimus. Insuper eidem per omnia justiciam Maghedeburgensium Civium concessimus, cujus, si forte aliquando apud eos executio non valuerit, in Magdeburgensi civitate justiciam suam ipsos exsequi oportebit. Areas supra nominate ville hereditario et libero eis jure concessimus, Quatinus vendendi, et pro arbitrio suo disponendi liberam habeant facultatem, eo tamen modo, ut census earundem arearum, quatuor videlicet nummos, annuatim exinde perfolvant. Judicialis potestas, prefectura judicii prefate ville Stendale, homini meo Ottoni ex me beneficii jure obvenit, ubi due partes mihi, tertia vero pars prefato Ottoni, aut heredi ejus, jure debetur. Forum vero, qui illo postmodum inhabitaturi advenient cum incolis primi temporis, tam in aquis quam in pascuis et silvis ceterisque rebus, equa in porcione esse decrevimus. Hujus rei testes sunt: Otto Marchio, Wernerus Comes, Theodoricus de Tangermunde, Syfridus de Arneburg, hominumque et ministerialium meorum quam plures.

Diese merkwürdige Urkunde habe ich nicht mehr im Original ermitteln können. Sie ist hier daher nur wiederabgedruckt aus Beckmann's Beschreibung Thl. V, Bd. I, Kap. II, Sp. 150; Lenz Grafensaal S. 213 und Buchholz's Gesch. d. Churm. I, 416. NB. Das Document hat kein Datum, gehört jedoch wahrscheinlich dem Jahre 1151 an. Vgl. Nibel's Besch. der Mark Br. I, S. 117, 118. Der Schlußsatz Forum vero etc. wird wohl dahin zu berichtigen sein: Eorum vero, qui illic postmodum etc. — equam porcionem esse decrevimus.

IV. Der Rath der Stadt Stendal verpflichtet sich, ein von ihm mit großen Mühen und Kosten erlangtes königliches Privilegium der Stadt Salzwedel zuzusenden, so oft diese desselben bedürfen wird, im Anfange des 13. Jahrhunderts.

Discretis et honestis viris dilectis amicis suis Burgenlibus in saltwedele Consules de (de) steindale paratum cum sincera dilectione in omnibus servitium. Commendatum esse volumus tam presentium quam futurorum memorie, quod nos, habito consilio cum burgenlibus nostris maioribus, Ad petitionem et ob dilectionem dilectorum amicorum nostrorum burgenlium de saltwedele, cum eis tractatum talem habuimus cum promisso, privilegium, quod a romanorum rege nobis vile cum diuersis laboribus obtinuimus et cum expensa, quocienscunque illud necessarium habuerint burgenles

de saltwedele, omni dubio postposito ipsis in auxilium jdem privilegium voluntarie transmittimus. Omne igitur dubium, quod forte emergere possit ja posterum, presenti scripto et sigilli nostri testimonio amputamus.

Nach dem Originale im Salzweberschen Archive Fach I, No. 49.

Anm. Die Schreibart und Form der Urkunde läßt dieselbe in den Anfang des 13. Jahrhunderts setzen.

V. Markgraf Albrecht II. befreiet die Stadt Stendal von dem Gerichte der Burggrafschaft, im Jahre 1215.

In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus secundus, dei gracia Marchio Brandenburgensis. Quoniam quecumque geruntur superueniente dierum longitudine ab humana labi solent memoria, perutile est, ut ea, de quorum obliuione oriri potest dampnum vel confusio, literis eternentur. Proinde notum esse uolumus omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, quod ad petitionem dilectorum nostrorum ciuium Stendalensium et consulum uirorum prudentum, grauamen, quod idem Stendalenses pro importunitate Borcgrauii, quem habere consueuerunt, penitus relaxauimus, statuentes, ut in ciuitate deinceps placito et iuri non teneantur stare Borcgrauii. Vt autem hoc nostrum statutum a nostris heredibus siue successoribus ratum teneatur et inconuulsam, presentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, exinde conscribi fecimus et sigilli nostri appensione communiri, Testes qui presentes aderant subter notari precipientes, quorum nomina hec sunt: Fridericus de Hassle, Albertus de niendorp, Gozawinus de Boizceneborc, Theodericus et Henricus, fratres, de osterborc, Gerardus de Beliz, Henricus de Stendale, Hermannus de Stafueld et alii quam plurimi. Acta sunt hec in campo pro Stafueld, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. indictione tercia.

Nach dem Originale im Stendalschen Archiv No. 2.

VI. Die Markgrafen Johann und Otto beschenken die Stadt Stendal mit den Fleischbänken, dem Markte x., am 14. Februar 1227.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes primus, Otto tercius, Marchiones Brandenburgenses. Magnatum nobilitas se liberalem exhibere consuevit his, qui debite feruitutis officio eius honorem satagunt promovere. Hac nimirum consideratione circa dilectos burgenses nostros de Stendale habita, ipsis tanquam bene meritis, pro eorundem affectu beneuolo, nobis quam sepius exhibitio, uicem rependere cupientes, omnem usum macellorum nostrorum carnificum, nec non XIII cameras sub domo pellificum, et si que alie sunt aliquibus privatim personis iure feudali obligate, dummodo legitima, sicut expedit, redimantur emptione, conferimus eisdem. Insuper

et totum forum, quod hactenus commune fuit, ad utilitatem communitatis liberaliter contulimus perpetuo possidendum et in usus sibi utiles conuertendum. Ut autem hec nostra donacio in suo vigore firma maneat et inconuulsa, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Henricus pincerna, Albertus de Spandowe, Albertus de Niendorp, Henricus-de Woldenhagen, Euerhardus de Cremcove, Cono de Piwelingen, Albertus falie, Halt de Angern, Volcmarus et Rodolfus, fratres, de Rolstede et alii quam plures. Acta sunt hec apud stendale, Anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXVII, XVI Kalend. Marcii.

Nach dem Originale des Salz. Ratharchives No. 3.

---

#### VII. Document über die Dedicacion des Altars der Pfarrkirche zu Hassel bei Stendal, vom Jahre 1230.

Anno Incarnacionis Dominice M. CC. XXX. dedicata est hec ecclesia a Domino Wilhelmo, Havelbergenfi Episcopo, consenciente venerabili Domino Friderico, Halberstadienfi Episcopo, continentur reliquie Johannis baptiste, Nicolai episcopi et conf., Marie Magd, Godehardi episcopi conf, Stephani prothomart. et aliorum Sanctorum.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 264, aus einem im Altare der alten Kirche ehemals befindlich gewesenen Pergamentstreifen.

---

#### VIII. Die Markgrafen Johann und Otto geben den Gewandschneidern zu Stendal Innungs-Artikel, am 15. Mai 1231.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc literam inspecturis salutem et omne bonum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi debito literarum subsidio confirmantur. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, nostre ciuitati stendale secundum honestiora prospicere cupientes, Jura fratrum gilde et illorum, qui incifores panni actenus nuncupatur, actenus in nostra ciuitate stendal obseruata, in melius immutauimus et immutamus, ita uidelicet, quod ipsi eadem super hoc iura obseruent que fratres, gilde et incifores panni in Magdeborch actenus obseruare consueuerunt. Sunt autem hec iura ipsorum: Nemo presumat incidere pannum, nisi consorcium habeat nostre fraternitatis, qui autem hoc infregerit, gilde per tria talenta emendabit. Ter in anno debet esse colloquium fratrum, et quicumque ad hoc non venerit, secundum iusticiam emendabit. Quicumque nostram fraternitatem intrare uoluerit, cujus pater. confrater noster fuerit et pannos inciderit, cum amicis suis

ad colloquium fratrum veniet; et si honeste se gesserit, ad primam petitionem cum quinque solidis conforcium fratrum poterit adipisci, et magistro sex denarios dabit et si inhoneste uel bene se non gesserit, differri debet ad secundum colloquium et ad tertium. Quicumque autem de civibus nostris intrare voluerit, si probus homo sit et honestus, talentum ad introitum fratribus presentabit et magistro solidum unum. Si vero hospes aliquis homo probus fraternitatem nostram habere decreverit, ad introitum Gilde triginta solidos dabit, et magistro decem et octo denarios. Tempore autem nundinarum, id est fori annualis, quilibet hospes, dummodo de opere non sit, incidere pannum poterit toto foro illo perdurante. Quicumque autem Burgenſium noſtrorum de officio intrare voluerit, officium suum abjurabit, et ad introitum gilde marcam auri sub gracia fratribus presentabit et magistro decem et octo denarios. Quicumque fratrum pannos in domo sua parare conſuevit, et illos more aliorum vendere aut incidere solet, aut cesset, aut fraternitatis sue expertus erit. Quicquid vero due partes fratrum decreverint facere, tertia pars omnino debet conſentire; quod si noluerit, per tres solidos quilibet emendabit, et ad proximum colloquium eos perſolvet. Quolibet anno unus magister et quatuor alii boni viri, qui rebus gilde preſint, fideliter eligentur. Quicumque autem iſtis inſtitutionibus contrarius fuerit, et magistro et fratribus ſecundum iuſtitiam obedire noluerit, ipſius contumacia debet ſuperioris iudicio refrenari. Vt autem hec noſtra inſtitutio in ſuo vigore perhenniter valeat permanere, et ne quisquam ſub poteſtate noſtra conſtitutus ipſam infringere preſumat, preſentem paginam inde conſcribi et ſigilli noſtri appenſione iuſſimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Hinricus de ſtendal, Guntramus notarius, Canonicus in ſtendal, Nicolaus paruus, Jordanus Marſilius, Burgenſes in ſtendal, et alii quam plures fide digni. Actum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>. indictione tertia, idus Maii.

Nach einer Copie vom Jahre 1323, im Gildebuch des Stend. Rathes-Archives No. 58.

### IX. Des Rathes zu Stendal Innungs-Gesetze für die dortigen Tuchmacher, vom 4. Februar 1233.

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Consulens de Stendale omnibus hoc scriptum inspecturis feruicium. Ab humana cicius elabitur memoria, quod nec scripto nec uoce testium eternatur. Commendatum igitur esse uolumus tam presentium quam futurorum memorie, quod consilio prius habito cum quibusdam Burgenſibus noſtris maioribus et cum officialibus, hoc modo decreuimus, quod quicumque burgenſium noſtrorum officio texendi uti uoluerit, unum stamen\*) habere debet, vel tantum duo, et in possessione sua ponat, et de quolibet stamine tres solidos ad introitum fraternitatis perſoluat. Si vero infra tempus prefixum hos denarios non perſoluerit, et postmodum hoc officium habere decreuerit, non nisi cum viginti tribus solidis poterit adipisci. Quicumque hoc conforcium fraternitatis non habuerit, ipſi nequaquam licebit pannos comparare. Quicumque autem confrater pannos comparaverit contra inſtitutiones fratrum et ipſorum decretum, quod de consilio consulum habere debent, pro tali maleficio talentum ad emendacionem consulis presentabit vel officio suo ad unum annum carebit. Si vero aliquis cum falso panno deprehensus fuerit, pannus comburetur publice, immo ipſe auctor sceleris, ſecundum iuſticiam emendabit. Quicumque autem

alienus hoc officio uti uoluerit, primitus ciuilitatem acquiret, et postmodum conforcium fratrum cum viginti tribus solidis intrabit. Si vero alicuius officialis\*\*) heres officium patris habere decreuerit, ad introitum fratrum tres solidos perfoluet. Volumus eciam, ut quilibet confrater pannos suos faceret, ubi optinere possit. Concedimus eciam ut quicumque hoc officium primitus habuerit, si forte instrumentum ponere non possit, in alterius stamine pannos comparet et operetur. Quicumque eciam uxorem duxerit, cujus maritus hoc officium habuerit, fraternitatem istam cum tribus solidis intrabit. Et omnis, qui hoc officium est habiturus, in presencia consulum recipiet. Quicquid autem de emendacionibus collatum fuerit et de introitu fratrum receperint, totum cedet in usus ciuitatis et est consulis presentandum. Ut autem hoc factum nostrum ratum et stabile permaneat, litteram istam inde scribi fecimus et sigilli nostri robore firmari. Datum anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., II<sup>o</sup>. non. februarii. Huius institucionis sunt Consules: Gifelbertus de Cimiterio, Bernardus, Euerardus, Teodericus, Baruot, Ezelus longus, Wilhelmus sclauus, Hartung de sandowe, Johannes puer, Arnoldus sapiens, Arnoldus de foro, Hinricus rence.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsaarchives No. 4.

\*) Ueber dem Worte stamen steht von gleichzeitiger Hand geschrieben tov.

\*\*) Ueber officialis steht von gleichzeitiger Hand confratris.

**X. Papp Gregor IX. verbietet Allen, welche keine Minoriten sind, sich einer ähnlichen Tracht zu bedienen, am 13. Dezember 1240.**

Gregorius, episcopus, seruus seruorum dei. Dilectis filiis Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Quia confusio habitus sepe confusionem inducit ordinum et etiam animorum, auctoritate presentium districtius inhibemus, vt nulli, siue sit in religionis ordine vel extra ordinem constitutus, habitum vestrum aut ita consimilem, quod propter eum frater Minor credi possit, deferre liceat absque mandato sedis apostolice speciali. Ceterum ut dicta inhibitio maiorem consequatur effectum, statuimus ut hii, qui habitum vestrum vel sibi predicto modo consimilem deferre presumpserint, ad deponendum ipsum per diocesanos locorum, cum a uobis requisiti fuerint, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani, Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Nach dem Originale im archivalischen Nachlaß des St. Annenklosters in Stendal.



**XI. Die Markgrafen Johann und Otto treten der Stadt Stendal ihre Rechte in dem dortigen Kaufhause ab, am 21. April 1243.**

In nomine sancte et individve trinitatis, Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit, ut ad notitiam posterorum gesta precedentium commissa commaneant, ne per obliuionem, que inimica solet esse posteritatis, argumenta veritatis oblitterentur et dubii questio generetur. Hinc est, quod constare volumus omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Nos dilectis burgenfibus nostris de Stendal, quorum usibus semper intendere volumus studiose, conferendum duximus quicquid juris habuimus aut proprietatis in teatro Stendal, ut idem theatrum in usus suos redigant et conuertant ac proprietatis titulo possideant in eternum, ea parte theatri excepta, qua Bodo de Wusterbusch nobis adhuc existit pbeodaliter obligatus, cuius etiam partis proprietatem sub nostri titulo domini decrevimus retinendam. Ne igitur super hac donatione nostra dubietatis scrupulus possit in posterum suboriri, presentem paginam super hoc conscriptam sigillorum nostrorum appensionibus cum testium subscriptione iussimus insigniri, quorum nomina Johannes Gans, Aluericus de Kerkoue et Gerhardus et Ludouicus filii eius, Thetardus de Wustrou, Albertus Valie, Albertus de Redere, Ericus de Gardelegen, Henricus de Stegeliz, Heidenricus Hafardus, Heidenricus Voffardus, Arnoldus de Bodenstede, milites, Johannes de Luneborg, Johannes de Osterborg, Borchardus de Valie, Cappellani, Albertus, notarius, et alii quam plures tam serui quam milites tunc presentes. Acta in Stendal, anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. XI. Kal. Maji.

Nach Gerken's Abdruck Dipl. vet. March. I, 1. Dieselbe nicht mehr im Original vorhandene Urkunde ist von Benz's Br. Urf. S. 39—42 zweimal unter dem 21. April 1243 und 21. April 1243 abgedruckt.

**XII. Die Markgrafen Johann und Otto schenken der Stadt Stendal einige Acker zum Weinbau, am 18. April 1249.**

Johannes et Otto, Dei gracia Brandenburgenses Marchiones, omnibus in perpetuum. Quia dilecti Burgenfes nostri de Stendal, in nostre deuocionis constancia seruentius ceteris accensi, nobis pro sue modulo possibilitatis fideliter obsequuntur, ad impendendum eis munus gracie specialis crebra eorundem obsequiorum devocio nos inducit. Notum igitur esse cupimus crisi fidelibus vniversis presentibus ac futuris, et presentis scripti testimonio profiteamur, quod nos ad instantiam petitionis predictorum burgenfium nostrorum de Stendal eidem nostre ciuitati donauimus duos mansos, sexaginta jugera continentes, ante civitatem ipsam sitos, quos ad culturam vinearum, de novella plantacione excolendarum, eidem civitati proprietatis titulo duximus indulgendos, ita duntaxat, quod si quis Burgenfium ciuitatis eiusdem partem aliquam eorundem agrorum de novo vinearum redigerit in culturam, hanc ipsam partem siue partes sibi et suis heredibus hereditaria successione nomine sui titulo proprietatis vsurpet. Nos enim agros prememoratos dicte nostre con-

tulimus ciuitati cum omni iuris plenitudine, quod habuimus in eisdem. Vt igitur hec nostra donacio inconuulsa permaneant atque firma et ne quis eam heredum nostrorum in posterum violare valeat vel mutare, presentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum munimine firmiter communiri. Testes fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina sunt hec: Comes Bernardus de Dannenberg, Fredericus de Kare, Johannes de Roffow, Johannes Gans, Curie nostre marscalcus, Gerardus de Kerkowe, Albertus Valie et alii quam plures milites atque serui. Datum apud Arneborg, per manum Heinrici, nostre curie notarii, Anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLIX, XIII Kal. maij, Indict. VII<sup>a</sup>.

Nach dem Original des Stend. Rathsarchives No. 5.

---

**XIII.** Paps Innocenz IV. gewährt den Minoriten das Recht, Jeden, der es wünscht, in ihren Kirchen zum Begräbniß anzunehmen, am 25. Februar 1250.

Innocentius Episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis fratrum minorum Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, sepulturam ecclesiarum uestrarum liberam esse decreuimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nullus obliat, Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, V Kalendas Marcii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Original im archival. Nachlasse des St. Annenklosters.

---

**XIV.** Der Rath zu Stendal gründet die Gilde der Weber, am 13. November 1251.

In nomine sancte Trinitatis. Consules de Steindale omnibus hoc scriptum inspecturis serui-  
cium. Acta presentis temporis sepius deperire solent in futurum, nisi fuerint scripto et uoce testium solidata. Commendatum igitur esse volumus tam presentium quam futurorum memorie, quod nos habito consilio cum burgenibus nostris uniuersis, qui uocati aderant ad ciuile colloquium, ad petitionem burgenium nostrorum illorum, qui funguntur officio texendi, de unanimitate consensu hoc admittimus, ut habeant quandam fraternitatem, que ininge nuncupatur, cum tali iure, sicut communiter pecierunt, sicut exprimitur et declaratur. Quicumque hanc non habuerit, ipsi pannos parare et illo

uſi officio non licebit. Quicumque uero hanc fraternitatem habere decreuerit, cuius pater hoc officium habuiſſe cognoſcitur, ad introitum duos ſolidos dabit: inde habebit ciuitas unum ſolidum et ipſi fratres unum. Quicumque hoc officium habere decreuerit, cuius pater hanc fraternitatem non habuerit, tribus ſolidis intrabit: inde habebit ciuitas duos ſolidos et ipſi unum. Quicumque hoc officium fraternitatis non intrauerit uſque ad feſtum beati Nicolai, ſi poſtea intrare uoluerit, ſex ſolidis obtinebit: inde habebit ciuitas III<sup>or</sup>. ſolidos et ipſi duos. Quicumque confratrum confratrem ſuum ad aures percufferit, fraternitati V ſolidis emendabit, et ſi percuffus repercuſſerit, eidem ſententie ſubiacebit et uterque eorum V ſolidis emendabit: inde habebit ciuitas dimidiam partem et, ipſi dimidiam, Similiter quicumque confrater confratrem ſuum uulnerauerit, V ſolidis emendabit. Dicta pars cedit in uſus ciuitatis et dicta pars in uſus fratrum. Quicumque confrater confratrem ſuum maletractauerit uerbis et leccatorem ipſi dederit, ſi uictus fuerit, confratribus III<sup>or</sup>. ſolidis emendabit: inde habebit ciuitas duos et ipſi duos. Quicumque pannum parauerit, quod in latitudine XXX filis caruerit, VI denariis emendabit. Si uero LX filis caruerit, ſolidum emendabit: ſex denarios inde habebit ciuitas et ipſi ſex. Quicumque pannum inequalem parauerit, duobus ſolidis emendabit, inde habebit ciuitas I ſolidum et ipſi unum. Quicumque pluribus quam duobus ſtaminibus ſcilicet Tov pannos parauerit officio ſuo carebit; quod ſi iterato habere uoluerit, X ſolidis obtinebit: inde habebit ciuitas V ſolidos et ipſi V. Quicumque falſum pannum parauerit et fila falſa habuerit, utrumque publice comburetur. Inſuper officium ſuum per hoc perdidit: quod ſi in poſterum habere uoluerit, X ſolidis obtinebit: dicta pars cedit in uſus ciuitatis et dicta pars in uſus ipſorum. Inſuper quicquid ipſis et ciuitati utile et bonum fuerit habeant pro ſuo iure. Omne igitur dubium, quod forte emergere poſſit in poſterum, preſenti ſcripto et ſigilli noſtri teſtimonio amputamus. Conſules huius inſtitutionis ſunt Rubbertus gerleus, Johannes puer, Johannes gerdanci filius, heinricus ſtorm, Teodericus de wegeleue, wilhelmus de Jericho, Gerardus rimſcnider, Weſcelus filius Gifelberti, Godekynus de ſcluden, Johannes de Rokence, Engelbertus de ſaltwedele. Item alii burgenſes affuerunt Gifelbertus pellifex, Johannes filius eius, Johannes filius Anſelmi, amelius de angulo, Arnoldus cum lino, Ezcelinus et Rodengerus fratres, Jacobus ſclauus et Adam ſclauus, Antonius ſpotegeile, Cuno de ſanne, heinricus de brunſwich, Teodericus de oſterborch. Item ipſi officiales affuerunt Heinricus de borſtelle, Arnoldus de borch, Teodericus de bodinge, Teodericus de Arneborch, Gerardus meſter, Bernardus de Gardeleue, Teodericus de huzeliz, Hermannes de borch, Fredericus de We-dinge, Wolterus de borch, Johannes de dico, Wolterus minte, Reinerus friſo, Heidenricus de Jericho, Marſilius de Brunſwich. Acta ſunt in ſteindale, Anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LI<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>. nouembris ſub dominio glorioſorum principum Johannis et Ottonis de brandenborch marchionum.

*Nach dem Originale des Stendalschen Rathſarchives No. 6.*

*NB. Das s am Ende iſt in der Urkunde in der Regel ein lauges.*

**XV. Markgraf Otto befreiet vier dem heil. Geist-Hospital in Stendal gehörige Hufen Landes von allen Abgaben, am 14. April 1255.**

Otto, Dei gracia Brandenburgensis Marchio, Omnibus presentem literam inspecturis Salutem. Cum nos quatuor Manfos ad Hospitale Sancti Spiritus in Stendal pertinentes liberos esse velimus et liberos dimiserimus ab omni exactione, precaria et ab omni exactione immunes esse velimus, Universitati nostre damus tenore presentium in mandatis districte prohibendo, ne quis Advocatorum et Pedellorum aut quorumlibet ad hoc deputatorum quicquam ab eis exigere et eos impetere audeat quoquo modo. Datum Stendal, XVIII Kal. Maji, Anno Domini MCCLV.

Beckmann's Beschreibung a. a. D., Sp. 122.

**XVI. Papst Alexander IV. bestätigt dem Minoriten-Orden das Recht, Begräbnisse zu gewähren, am 15. Mai 1256.**

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, sepulturam ecclesiarum vestrarum liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi excommunicati vel interdicti sint aut etiam publici usurarii, nullus obstet. Salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, in quibus mortuorum corpora assumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, Idus Maji, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Original im archival. Nachlaß des St. Annen-Klosters in Stendal.

**XVII. Papst Alexander IV. bewilligt den Minoriten das Recht, widersägliche und den Orden verlassende Mitglieder mit Gefangenschaft zu strafen, am 28. Dezember 1256.**

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Generali et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Provisionis nostre cupimus provenire subsidiis, ut religio nostra semper in melius Deo propitiante proficiat et liquid obstaré dinoscitur sollicitè corrigatur. Vobis itaque, quos in diuini nominis amore uigiles

delectat extirpare uicia et plantare uirtutes, et apostatas et insolentes uestri ordinis, nisi uestris salutaribus monitis acquiescant, excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere, si uidebitur expedire, possitis, auctoritate presentium concedimus facultatem, invocato ad hoc si necesse fuerit auxilio brachii secularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani, V. Kal. Januar., pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale in dem archival. Nachlaß des St. Annen-Klosters in Stendal.

**XVIII. Paps Alexander IV. bewilligt den Minoritenbrüdern für sich freies Begräbniß, am 3. Januar 1257.**

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Generali ministro et fratribus ordinis fratrum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Ita uobis et ordini uestro deferre uolentes, ut non detrahatur iustitiis aliorum, deuotionis uestre precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut in locis, in quibus degitis et celebratis diuina, ad opus fratrum uestrorum dumtaxat habeatis liberam sepulturam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani, III nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Nach dem Originale im Nachlaß des St. Annenklosters.

**XIX. Paps Alexander IV. untersagt den Augustinern, Brüder des Minoriten-Ordens in ihren Orden aufzunehmen, am 5. Februar 1257.**

Alexander episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis prioribus et fratribus heremitis ordinis sancti Augustini et sancti Willibaldi per Alamaniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Vestram et ordinum uestrorum condecet honestatem, ut ordinate caritatis studio defudantes super hiis, que tanquam ingrata nobis et inimica refugitis neminem offendere presumatis. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum fratrum de ordine Minorum supplicationibus inclinati, uniuersitati uestre per apostolica scripta in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatenus si quos fratres ipsius ordinis absque suorum ministrorum petita et obtenta licentia recepistis, eidem ordini sine dilatione et difficultate qualibet restituere studeatis. Nos autem ad precludendam uiam similia in posterum presumendi, auctoritate presentium districtius inibemus, ne pretextu quarumcunque literarum a sede apostolica generaliter uel specialiter obtentarum seu obtinendarum,

que de presentibus plenam et expressam non fecerint mentionem, in posterum dicti ordinis fratres professos sine prefata licentia in ordinibus vestris aliquatenus admittatis, ac decernentes nihilominus irritum et inane, quicquid per vos contra preceptum et inhibitionem nostram super hoc contigerit attemptari, eadem auctoritate statuimus ut presumentes scilicet contra huiusmodi preceptum et inhibitionem propria temeritate venire, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, a qua non possint absolui, nisi conspectui sedis apostolice personaliter se presentent, ab ea juxta ipsius providentiam absolventi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Laterani, Non. februarii, Pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Orig. im archival. Nachlaß des St. Annen-Klosters in Stendal.

---

**XX. Papp Alexander IV. gestattet den Minoriten-Stiften die Zulassung von Lectoren nach Vorschrift ihrer Ordensregeln ohne anderweite höhere Genehmigung, am 28. März 1257.**

Alexander episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Generali et ministris provincialibus de aliis fratribus ordinis minorum Salutem et apostolicam benedictionem. Exultante spiritu frequenter advertimus, quod status ecclesie generalis per vestre predicationis ac doctrine salutaris instantiam, divina gratia suffragante, multipliciter illustratur. Ex hac siquidem pia consideratione procedit, quod nos ad illa omnia esse prompti delectamur et faciles, per que vos precones diuini nominis in declarandi fidei sciencia et roboranda operum disciplina vestri desiderii sanctitatem perficere valeatis. Hinc est, quod nos deuotioni vestre presentium auctoritate concedimus, ut singuli fratres de ordine vestro, quos secundum constitutiones ipsius ordinis conuentibus vestris deputandos duxeritis in lectores, sine cuiusquam alterius licencia libere in domibus predicti ordinis legere ac docere valeant in Theologia facultate, illis locis exceptis in quibus uiget studium generale ac etiam quilibet in facultate ipsa docturus sollempniter incipere consuevit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionis omnipotentis dei et beatorum Petri apostolorum eius se noverint incursum. Datum Laterani, V kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Nach dem Original aus dem Nachlasse des St. Annenklosters.

---

XXI. Johann, Herr von Mecklenburg, versichert die Bürger Stendals, welche nach Wismar und sonst nach seinem Gebiete Handel treiben, für das laufende Jahr seines Schutzes, am 5. Juni 1258.

Johannes, dei gratia dominus magnopolensis, viri honorabilibus et discretis, Advocato, Consulibus ac uniuersis ciuibus in Stendal constitutis prosperis gaudere successibus cum salute. Vt id, quod nostra confirmat auctoritas, non debeat alicujus calumpnie difficultas, volumus uniuersis, ad quos hec scripta deueniunt, esse notum, quod nos omnibus, quos de ciuitate Stendal et de illis confinibus ad ciuitatem nostram Wismar et ad alios terminos nostros declinare contingerit mercatus sui causa diuerforumque negotiorum occasione, pacem firmam, fidem inuiolabilem promittimus obseruare, in veniendo et redeundo, pro nostre possibilitatis effectu. Ne autem alicui cedat in dubium, presentes literas nostras transmittimus, sigilli nostri munimine roboratas, Tantum presentis anni per circulum valituras. Datum in Willemaria, anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., Nonas Junii.

Nach dem Originale im Stendalschen Rathsarhive No. 9.

XXII. Papsst Clemens IV. gestattet den Brüdern und Schwestern des heil. Geisthospitals zu Stendal, in der Capelle desselben für sich und ihre Hausgenossen gottesdienstliche Handlungen vornehmen zu lassen, am 4. August 1265.

Clemens, Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Rectori, Fratribus et Sororibus Hospitalis de Stendal, Halberstadenensis Diocesis, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Vestris supplicationibus inclinati, ut in Capella vestra Hospitalis de Stendal absque alicujus contradictione Vobis et Familie Vestre duntaxat possitis facere celebrari Divina, salvo in omnibus Jure Parrochialis Ecclesie, aliqua Apostolice Sedis Indulgentia, per quam effectus presentium impediri valeat vel differri, nequaquam obstante, Vobis auctoritate Apostolica indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Perusii, II Non. Aug., Pontificatus nostri Anno Primo.

Beckmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 125.

XXIII. Das Franziscaner-Kloster in Stendal verpflichtet sich dem Rathe, außer dem jetzt erworbenen Plage keine Hausstellen mehr zu erwerben, am 26. Juni 1267.

Univerſis tam preſentibus quam futuris preſentes litteras inſpectoris Frater Heinricus Gardianus Stendalenſis cum Fratribus ſibi commiſſis Salutem in eo, qui eſt Salus omnium Salvandorum. Quia Conſules Civitatis Stendal pro nobis compatientes affectu clementer annuerunt, quod Partem Aree quondam Domini Ade pro indigentia noſtra comparavimus, ob dicti beneficii gratitudinem preſentis Scripti munimine proteſtamur, quod eoſdem de cetero pro nullis Areis comparandis vel ampliandis per preces importunas inquietabimus. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram Sigilli noſtri munimine communivimus. Teſtes hujus rei ſunt: Frater Heinricus Gardianus, Frater Syfridus, Fr. Johannes de Magdeburg, Fr. Heinricus de Luchowe, Fr. Johannes de Croceke, Fr. Nicolaus, Fr. Bertramus, Fr. Heidenricus. Acta ſunt hec Anno Domini MCCLXVII, In die Sanctorum Johannis et Pauli.

Bedmann's Beſchreibung a. a. D. Sp. 91.

XXIV. Biſchof Otto von Minden ſichert den Wohlthätern des heil. Geiſt-Hospitals zu Stendal für die Bauzeit der Capelle deſſelben einen Ablaß zu, am 5. September 1268.

Frater Otto, diuina permiſſione Mindenſis Epicoſopus, Omnibus hoc ſcriptum uifuris in ſalutis auctore ſalutem. Loca ſanctorum pia et prompta deuotione ſunt a cbristi fidelibus ueneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipſi nos amabiles deo reddant et illorum nobis uendicantes quodammodo patrociniū apud ipſum, quod merita noſtra non optinent, eorum mereamur interceſſionibus optinere. Cupientes ergo ut Eccleſia domus Sancti Spiritus in Stendal, ſicut laudabiliter inchoata eſt, ſic perficiatur honeſte atque perfecta congruis honoribus frequentetur, omnibus, qui in die dedicationis et anniuerſario dedicationis eiufdem Eccleſiam iam dicte domus cum reuerentia uiſitauerint et de bonis a deo ſibi collatis eidem grata caritatis ſubſidia miniſtrauerint, uere penitentibus et confeſſis, de omnipotentis dei miſericordia confiſi, dyoceſani Epicoſopi accedente conſenſu, Quadraginta dies de iniuncta ſibi penitentia relaxamus, Iſtis poſt conſummationem operis minime ualituris. Datum Minde, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. Nonis Septembribus.

Nach dem Originale des Stendaliſchen Rathſarchives No. 10.



XXV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, verkündet denjenigen einen Ablass, welche das Hospital zu Stendal von Steinen erbauen helfen, am 29. September 1268.

Heinricus, dei gracia Brandeburgensis Ecclesie Episcopus, Univerſis criſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris in ſalutis auctore ſalutem. Graciam quam a deo accepimus criſti fidelibus dono gratuito impertimur. Inde eſt, quod omnibus, qui ad edificationem hoſpitalis in Stendal opere lapideo exſtruendam manus porrexerint adiutrices et nuncios ejuſdem domus benigne ſulceperint et ad petendum fidelium eleemolynas in Eccleſia ſeu hoſtiatim liberaliter admiferint et iuverint, XL<sup>a</sup>. dies de iniuncta ſibi ſuper contritis et confeſſis penitencia auctore Domino miſericorditer indulgemus, hac noſtra indulgencia, ſi conſenſus Dioceſani acceſſerit, uſque ad conſummacionem operis duratura. Datum Brandenburg, Anno Domini MCCLXVIII, III Kal. Octobris, pontificatus noſtri Anno Quinto.

Nach dem Originale des Stend. Rathſarchives No. 11.

XXVI. Ludolph, ehemaliger Biſchof von Halberſtadt, und Heinrich, Biſchof von Havelberg, fügen dem Bußerlaß von einem Jahre, den Biſchof Volrad den Wohlthätern des Hospitals des heiligen Geiſtes zu Stendal verſehen, jeder noch eben ſo viel hinzu, am 4. October 1268.

Ludolfus, dei gratia Episcopus quondam Halberſtadensis, omnibus hanc literam auditoris ſalutem in domino. Cupientes ut Hoſpitale ſancti Spiritus in Stendale, quod nos in honorem ſanctorum apoſtolorum Pauli et Andree dedicauiſus congruis honoribus frequentetur, omnibus Chriſti fidelibus contritis et confeſſis, qui in die dedicationis ipſius Hoſpitalis et in ſeptimana ſancti Spiritus ipſum cum deuotione viſitauerint et eidem manum porrexerint adiutricem, a Domino Volrado, Halberſtadensi Episcopo, annis venialium et Karena, a nobis tantum, a Domino Henrico, Havelbergenſi Episcopo, tantum miſericorditer indulgetur. Datum Stendale, anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>, IV. Non. Octobr.

Gerden's Dipl. I, 8. 9.

XXVII. Vergleich zwischen dem Domcapitel zu Stendal einerſeits und den Vorſtänden der Stadt andererſeits über die Steuerfreiheit der domherrlichen Curien, vom 7. Januar 1272.

Albertus, dei gratia Decanus totumque Stendaliensis Ecclesie Capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam humane actionis exigit infirmitas, ut ea, que tranſitorie geruntur in tempore, pretereunte tempore citius euaneſcant, niſi a lingua teſtium vel ſcripti memoria reci-

piant firmamentum; Notum fieri volumus tam modernis quam posteris crisi fidelibus uniuersis, quod nos ex deliberato consilio pro bono pacis et concordie cum nostris consulibus et burgenfibus talem formam inuimus unionis, quod nos decem curias, uidelicet aream prepositure, curiam Alberti, Decani, curiam prepositi Johannis Reppinensis, curiam Magistri Henrici Duferi, curiam Magistri Alberti de Snetlinge, curiam Johannis, plebani, curiam Arnoldi Decwede, curiam Godefredi Flasmengeri, curiam Franconis Scolastici, curiam Rudolphi Cellerarii, dotales pro nostrorum prepositi decani et Canonicorum, qui pro tempore fuerint, uſibus liberas et ab omni exactione et iure ciuitatis solutas duximus acceptandas, ut nullus ex Scabinis, consulibus aut burgenfibus aut aliquis de eorum consilio vel mandato in jam nominatis curiis presumat aliquid deinceps statuere, disponere aut aliquo modo ordinare. Sed quoniam de duabus curia nunc prepositi Johannis Reppinensis et de curia Dni. Franconis nunc scolastici, predicti consules et burgenfes tempore exactionis solebant petere, tamquam iuris eorum essent, quatuor solidos exsoluendos, dicti consules et burgenfes tali exactioni omnimode perpetuo renunciarunt. Insuper tribus curiis ex predictis decem uidelicet aree prepositure, curie nunc Magistri Henrici Duferi et curie Rodolphi Cellerarii plateam, infra ipsas curias et cemeterium sitam, Scabini, Consules et uniuersitas burgenfium unanimiter addiderunt, ita ut qui dictas inhabitant aut inhabitaturi sunt curias, ibi edificent, sicut suis uſibus uiderint expedire. In restaurum uero omnium predictorum mansum unum iuxta Niwinkel situm, ciuitatis nostre pascuis adiacentem, de quo dicti Scabini, consules et burgenfes ecclesie nostre et nobis dederunt decem solidos annuatim, ipsis et ciuitati liberaliter dimittimus et cum omni iure perpetuo possidendum, Renunciantes omni iuri, quod in dicto manso habuimus ad hec tempora aut dinoscimur habuisse, Ita quod nec nos nec nostri posterius aliquid iuris in eodem unquam sibi presumant aut ualeant uendicare. Preterea ut omnis rancoris inter nos et ipsos materia descidatur, cum Scabinis, consulibus et Burgenfibus conuenimus hunc in modum, si ad nos et nostram ecclesiam ex ordinatione testamentorum seu ex aliquo quocunque casu hereditates alique infra ciuitatem de iure fuerint deuolute, eas infra annum et diem uendemus, si eas aliquis decreuerit emere aut pro pretio comparare. Quod si fortasse non possemus cum emtoribus de pretio conuenire, duobus ex nostris canonicis et duobus probis uiris ex Burgenfibus talium hereditatum taxatio committetur, ut sub iuramenti cautione secundum ualorem debitum taxent eas et pro tanto ementur ille, si eas aliquis uoluerit comparare. Alioquin eas ecclesia et domini usque aliquis emtor comparauerit obtinebunt. Acta sunt hec Stendale in ecclesia sancti Nicolai presentibus uiris idoneis clericis et laicis infra scriptis, Domino Alberto, Decano, Johanne, preposito Reppinensi, Magistro Alberto de Snetlinge, Magistro Hinrico Dufero, Arnoldo de Decquede, Johanne, plebano, Godefrido Flasmengero, Lvdero, Franckone Scolastico, Rodolpho Cellerario, Canonicis. Domino Johanne de Buk, Aduocato Stendalense, Johanne Gerdangi filio, Conone de Sanne, Rodengero, Wezzelino filio Ghifelberti, Johanne de Rokenze, Jacobo sclauo, Arnoldo Flasmengero, Engelberto filio Nicolai, Scabinis, Bollone, Renzone, Bernardo de gardelege, Ghifekino filio Nicolai, Johanne de Jerchowe, Consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno gratie millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, septimo Idus Januarii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarhives No. 13. — Das Gegen-Exemplar, das im Stiftsarchiue aufbewahrt wurde. in B. V, S. 39 mitgetheilt.

XXVIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem heil. Geist-Hospital in Stendal vier Hufen Landes in Ostheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur a memoria excidant, que res est fragilis, consuevimus ea literarum testimonio eternare. Notum igitur esse volumus presentibus et futuris, quod nos ecclesie siue domui constructe in ciuitate Stendalensi in honorem spiritus septiformis contulimus quatuor mansos sitos in villa dicta *Holsternen* pleno jure proprietatis titulo perpetuo possidendos, quemadmodum nos et nostri predecessores eos hactenus possederunt. Vt autem hujusmodi gratia siue libertas perpetuo perseveret, presentem literam inde scriptam sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Testes hujus rei sunt: Anselmus de Blankenborch, Bertramus de Benze, Gerhardus de Buceneborch, Beteko de Estede, Georgius de Kercoue, Johannes de Wustrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Nouo Repyn, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>. XV. Kal. Martii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 14.

XXIX. Dieselben vereignen dem gedachten Hospital die Kirche zu Ostheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Dei Gracia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus in perpetuum. Ne ea que coram Nobis aguntur a memoria excidant, que est res fragilis consuevimus ea literarum Testimonio eternare. Notum ergo esse volumus presentibus et futuris, quod Nos pio ducti affectu Ecclesiam in Holsterne contulimus Domui Sancti Spiritus in Stendale pure et simpliciter propter Deum et ob salutem et recordationem Animarum Patris nostri et Matris et omnium progenitorum nostrorum, in qua pro Animabus priorum et post mortem nostram Nobis singulis septimanis Missa celebrabitur pro defunctis. Ut autem hec nostra Voluntas inuolabiliter et perpetuo perseveret, presentem paginam inde conscriptam Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Testes huius facti sunt: Bertramus de Bentze, Anselmus de Blankenborch, Gerhardus de Buiceneborch, Betteco de Ecstede, Georgius de Kercowe, Johannes de Wostrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Novo Repyn. Anno Domini MCCLXXII. XV. Kal. Martii.

Besmann's Beschreibung a. D. Sp 122 123.

XXX. Bischof Volrad von Halberstadt und der Archidiaconus Balsamiens bestätigen dem Hospital zu Stendal die Kirche in Ostheeren, im Jahre 1272.

Volradus, Dei gracia Halberstadenfis ecclesie Episcopus, Christianus, Scholasticus, Archi-Diaconus Balsamie, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Donationem ecclesie in Osterne, quam illustres principes Johannes, Otto et Conradus, fratres, Marchiones Brandenburgenses, hospitali sancti spiritus in Stendale fecerunt, in nomine Domini confirmamus, salvo omni jure, quod Archi-Diaconus Balsamie prius in ipsa ecclesia obtinebat, excepto eo solo, quod idem hospitale ipsius loci Archi-Diacono loco synodatici dabit duos solidos annuatim. Et ne cuiquam super hoc imposterum dubium generetur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum Anno Domini MCC. septuagesimo secundo, Pontificatus nostri Anno septimo decimo.

Beckmann's Beschreibung a. a. D. Sp. 123.

XXXI. Die Markgrafen Johannes, Otto und Conrad verleihen der Stadt Stendal die Zollfreiheit zwischen der Ucht und Tanger, am 28. April 1275.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam visuris in perpetuum. Ne fluxus temporum ac rerum oblivio abolere poterit, que coram nobis aguntur, conuevimus ea literarum testimonio eternare. Pateat igitur tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, quod nos de consensu dilectorum fratrum uniuersorum fidelibus nostris burgenfibus et consulis Stendaliensibus omne theloneum, quod ex parte nostra et officialium nostrorum infra Vchtam et Tangeram, excepto theloneo in civitate Tangermunda, usque ad hec tempora est acceptum, liberum relaxamus, et damus tam eis quam omnibus dictam viam transeuntibus, de quacunque fuerint terra, quacunque duxerint merces, eadem perfrui libertate. Pro tali itaque favore, dictis nostris Burgenfibus nec non toti terre impenso, predicti nostri Burgenfes nobis in plaustrum vini libero animo seruiunt. Ut autem omnia, que prescripta sunt, irrefragabiliter et perhenniter obseruentur, presentem literam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri, adhibitis nihilominus testibus ydoneis, videlicet Domino Johanne dicto Gantz, Domino Johanne de Buc, Domino Thiderico de Wolterbosch, Domino Conrado de Quitfow, Domino Johanne de Stegelyz, Domino Redingo, advocato in Tangermunde, Domino Willekino, nostre curie pincerna, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum Huelberg, Anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXV<sup>o</sup>. quarto Kalend. Maji, per manum nostre curie notarii Johannis dicti de Brunfwik.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives 15

XXXII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad beschenken eine Kirche zu S. (Stendal?) mit einem bebauten Plage, am 9. August 1276.

Nos Johannes, Otto et Conradvs, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus presentibus publice profitentes, quod Aream Colonarem, quam Dominus Bernhardus, perpetuus Vicarius ecclesie in S. edificavit suis sumptibus, damus eidem ecclesie liberam quiete, pacifice perpetuo et feliciter dotis nomine possidendam. In cujus rei evidens testimonium prefens scriptum scribi iussimus sigillorum nostrorum inpenzionibus roboratum, adhibitis testibus, quorum nomina sunt hec, Albertus, Decanus in Stendal, Magister Albertus, prepositus in Levenwalde, prepositus Bertoldus in Stolpe, Clerici, Bernardinus de Bentz, Fredericus de Ecstede, Joannes de Stegelitz, Johannes de Buc, Laici, et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno Domini MCCLXXVI, V. Idus Augusti.

Nach Lenz, Br. Urk. 77. 78., mit der Notiz: „Den vicarium Bernhardum und den Ort S. habe nicht ausfindig machen können“

XXXIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad legen einen Wochenmarkt auf dem Mittwoch zu Stendal an, den 8. Juni 1277.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, universis hanc literam visuris in perpetuum. Ne ea, que coram nobis aguntur, successus temporis aut rerum oblivio abolere valeat, consuevimus ipsa literarum testimonio eternare. Hinc est, quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod civitati nostre Stendal dedimus et adjecimus quoddam forum, scilicet feriam quartam in septimana perbenniter duraturum. Si quis autem ausu temerario seductus dictum forum seu libertatem ejus infringere aut impedire presumpserit, contra talem consules prefate civitatis judices esse debent cum nostra plenaria voluntate. Si autem in hoc facto deficerent et impotentes essent consules prehabite civitatis corrigendo, contra talem impeditorem fori premissi consulum supra dictorum erimus adutores. Vt autem hec omnia recte et inviolabiliter conserventur, prefens scriptum dari iussimus, sigillorum nostrorum appensionibus communitum, adhibitis nihilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Johannes de Buc, Johannes de Crochere, Johannes de Irekesleve, Fredericus de Ecstede, Zabellus de Plawe, Godesfridus de Cremin, milites; Burgenles Stendalienses: Wezele, Heyno de Roketze, Godescalcus de Jerichow, Arnoldus Vlasmingerus et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in Stendal, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVII<sup>o</sup>. sexto idus Junii.

Nach dem Orig. des Stend. Rathesarchives No. 16. Bei Lenz Br. Urk. S. 392 mit der falschen Jahreszahl 1272.

XXXIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Stendal über Bede- und Dienstforderungen aus Lehngütern ihrer Bürger, am 13. Dezember 1279.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus has literas visuris salutem in vero saluari. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, expedit ea poni in lingua testium vel scripti memoria perhennari. Hinc est quod notum facimus uniuersis tam presentis temporis quam futuri, quod cum honestis Burgensibus nostris de Stendal conuentionem talem fecimus de precaria, quam necessitate compellente in bonis eorum feodalibus petiuimus, quod nullam de ipsis perpetuo dabunt precariam nec seruitium aliquod facient ab eisdem. Pro eo prefati nostri Burgenses dederunt nobis de choro duri frumenti tres fertones et de talento tres fertones sicut de quolibet frusto duro. Preterea quicquid prefati nostri Burgenses post istam diem honorum feodalium emerint a nostris hominibus in terra nostra, ab ipsis bonis de quolibet choro duri frumenti tres fertones dabunt et habebunt ea perpetuo libera a precaria et seruitio, sicut superius est dictum. Etiam si contingeret Burgenses dictos emere a nobis seu a nostris hominibus bona feodalia, quorum collatio ad nos pertineret, et ipsi conuenientiam talem nobiscum facerent, quod ea conferre vellemus, debent ipsi nobis dare de frusto duro quolibet tres fertones, sicut superius prenotatum est, et frui perpetua libertate, sicut superius est conscriptum. Insuper si aliquis burgenlis bona sua feodalia vellet alicui Burgenli vendere, non dabit de eis aliquam pecuniam nec seruitium aliquod faciet de eisdem. Istam ergo prenotatam rationem ego Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, promittimus fide data pro fratribus et pueris nostris et omnibus posteris nostris, ut inconuulsa et inuiolabiliter conseruetur. Testes hujus rei sunt: Dominus Johannes de Yrcfleue, Dns. Beteko de Exstede, Dns. Conradus de Snetlinge, Dns. Zabel de Plawe, Dns. Busse de Kocstede, Dns. Wernerus de Swanberge, Dns. Gherko de Kerkowe, Dns. Arnoldus Volentischer, Dns. Johannes Groppleue, Dns. Dunker, milites. Preterea burgenles Herbordus prefectus, Wezcel, Arnoldus Vlas-menger, Henricus de Rokez, Johannes de Thuriz, Conradus Hidde, Godeschalcus de Jerchowe, Gherdangus filius Johannis, Ghiso de Schadewachten, Wilhelmus de Mossun, Johannes de Brunfwik et alii quam plures fide digni. Ut autem omnia predicta ipsis rata et inuiolabiliter conferrentur et in suo robore permaneant inconuulsa, presentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri. Acta sunt hec in Stendal, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIX, Idus Decembris, in die beate Lucie virginis.

Nach dem Originale im Stendalschen Rathesarchive No. 17.

XXXV. Vogt, Schöppen, Rath und Gemeinde Stendal's erklären sich mit der Verlegung des Stapels von Brügge nach Ordenburg einverstanden, am 29. September 1280.

Omnibus, ad quos prefens scriptum peruenerit, Aduocatus, Scabini, consules et commune ciuitatis Stendaliensis salutem in domino. Cum, sicut est notorium, mercatores uniuersi

Flandriam frequentantes in oppido Brugensi graues et uarias vique modo sustinuerint iniurias, nec eximi per ulla potuerint occasiones, Magnificencie G(uidonis), Domini Comitis Flandrie, ipsos mercatores super hiis querulari necessitas compellebat: propter quod idem Dominus Comes, auditis et intellectis eorundem querimoniis, ex liberalitate sue dominationis vna cum oppido Ordenburgensi contulit priuilegia diuersarum libertatum et gratiarum mercatoribus vniuersis, qui cum suis nauibus et mercimoniis Ordenburg elegerint amodo frequentare. Quocirca nos, huiusmodi gratias intuentes et clare considerantes, quod ibidem in Ordenburg quilibet hospites cum aliis hospitibus indifferenter et Ciuibus emptiones et venditiones ac contractationes quarumlibet rerum suarum sub dictis libertatibus libere valeant exercere, duximus acceptandum, vt, quantum in nobis est, generalis sedes et depositio mercationum existat in Ordenburg, specialibus nobis frequentationibus aliorum portuum, locorum, Ciuitatum et terrarum reseruatis, quamdiu tam ipse dominus Comes, quam Ciues Ordenburgenses, quam eorum successores libertates et gratias ac priuilegia nobis tenuerint prelibata. In cuius rei testimonium prefeas scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Datum anno domini MCCLXXX Michaelis.

Aus der Lübecker Urkunden-Sammlung I, 370.

XXXVI. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad überlassen der Stadt Stendal das Dorf Wusterbusch, am 6. Januar 1281.

In nomine Domini Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus presentem nostram paginam visuris aut auditoris salutem in domino sempiternam. Scimus, quod instabilis est vita hominum super terram, et non est nisi quedam serenitas hyemalis, que nunc leta tristibus inmiscet, nunc enim letis tristitia proconfundit, et propter diuersos successus hominum perimuntur gesta fidelium; Quare decet et expedit, ut fulciantur testibus et testimonio literarum. Hinc est quod uniuersis Cristiane fidei professoribus volumus esse notum, quod nostre ciuitati Stendale et Burgensibus inibi commorantibus contulimus villam Wosterbusch sub proprietatis tytulo perpetuo possidendam cum agris, lignis, pascuis, paludibus et pratis, cum metis et cum terminorum distinctionibus, cum omni iure, sicut nos habuimus et possedimus dictam villam. In eadem villa in campis et in metis ipsius ville nullus iudicium habebit, sed Consules ciuitatis Stendale omnia iudicanda iudicabunt, et summum iudicium habebunt cum aliis iuribus uniuersis, sicut nos habuimus in metis et distinctionibus dicte ville. Ne ergo super huiusmodi donatione ulli dubium oriatur, sigillorum nostrorum appensionibus roborauimus prefeas scriptum. Actum Stendale presentibus plurimis, vt Comite Bernardo de Anehalt, Dno. Wernero de Hadmerfleue, Dno. Conrado de Snetlinge tunc temporis Aduocato, Willekino milite de Kerkou, Betekino de Buziz, Dno. Bernardo de Wosterbusch, Dno. Nicolao de Esbeke, Dno. Adam preposito Stendaliensi. Presentibus etiam Arnoldo Vlassmengero, Hoyero de Mildehouede, Godeschalco de Jerchow, Conrado Hyddone, Gifelberto Scadewachten, Godino de Sluden, Johanne Storm, Conrado Beringeri, Johanne Clotone, Th. de Wegeleue, Zabel sutore, Th. Noppowen tunc temporibus

Consulibus, Wezzelino et Henrico de Rokez, Johanne de Thuriz, Wilhelmo de Mof-  
fun, Gerdango, Johanne de Brunswic et ceteris pluribus fide dignis. Datum Stendale,  
anno Domini M°. CC°. LXXXI°. in die Epiphanie per manum Dni. Johannis de Gardelege,  
nostre Curie Notarii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarhives No. 18.

---

**XXXVII.** Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal zur Beobach-  
tung dessen an, was sie über die Bede mit den Vasallen der Mark, des Havellandes und des  
Landes Havelberg vereinbart haben, am 10. September 1281.

Omnibus has literas cernentibus Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchio-  
nes Brandenburgenses, salutem in omnium saluatore. Recognoscimus et literis presentibus  
publice protestamur, quod nos civitatem nostram Stendal iussimus firmiter obseruare vniuersa ac  
singula, que cum vasallis nostris in Marchia, nec non in aliis terris nostris, Havelberg et Ha-  
uelland, commanentibus placitavimus ratione precarie siue petitionis exactorie, quam ipsis in pre-  
dictis terris nostris vendidimus, ita quod civitas Stendal predicta vasallis et terris premissis, nec  
non vasalli nostri et terre prescripte vice reciproca, stare debeant sibi secundum formam privilegio-  
rum desuper eis traditam et confectam. In cujus rei evidens testimonium et cautelam presens scrip-  
tum fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Datum Tangermünde,  
Anno domini M°. CC°. LXXXI°. III°. ydus septembris, per manum domini Johannis de  
Bruner, prepositi in Grantzoyge.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarhives No. 20.

---

**XXXVIII.** Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Stendal wegen  
der Bede, am 20. Mai 1282.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Mar-  
chiones Brandenburgenses, omnibus has literas auditoris et visuris salutem in Domino sempiternam.  
Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis, quam humanitatis, expedit ea,  
que donantur a principibus, scriptis autenticis roborari et sortiri robur perpetue, firmitatis ad remo-  
vendam omnem calumpniam et malignorum hominum astuciam; que contra ipsam donationem possunt  
futuris temporibus laboriri. Inde est, quod notum facimus univertis Christi fidelibus tam presentis temporis  
quam futuri, et tenore presencium publice protestamur, quod cum Burgenibus in Stendal nobis  
dilectis mediante discretorum virorum nostrorum provido et maturo consilio placitando convenimus



in hunc modum, videlicet: quod ipsis dedimus libertatem a festo sancti Martini proximo nunc venturo per quinquennium irrevocabiler duraturam, volentes ipsos hoc durante tempore a qualibet exactione sive petitione exactoria penitus esse liberos et exemptos. Expleto autem dicto quinquennio iidem Burgenfes centum marcas Brandenburgensis argenti annis singulis perpetuo nobis dabunt duobus terminis sive diebus ad hoc specialiter deputatis, in festo Martini videlicet quinquaginta marcas, et in festo Walburgis proxime subsequente quinquaginta marcas similiter nobis dabunt. Et debent esse liberi ab omni exactione et petitione exactoria, vel quocunque nomine censeatur. Neminem autem inphodabimus pecunia jam predicta. Item si aliquem ex nobis captivari contigerit quod absit, tunc predicti Burgenfes ad redemcionem nostram semel nobis dabunt ducentas marcas et non amplius, et sic debent esse liberi et soluti. Item predictae civitati Stendal et Burgenfibus nec non eorum successoribus dedimus, ut habeant inphodatum iudicem sive scultetum, virum hereditarium, cum ipsis in civitate Stendal perpetuo commanentem. Nos autem dictum iudicium vel prefecturam emere non debemus, nec aliquis vice nostra, et nullus advocatorum nostrorum acquirere debet iudicium supra dictum, in statuque eodem dicta prefectura perpetuo permanebit scilicet, quo stat tempore jam presenti. Item dicte civitati et Burgenfibus et eorum successoribus promissimus, ut non aliquem aut aliquos ex eis specialiter vel generaliter aggravare debeamus in quibuslibet excipiendis et mutuo contrahendis contra cujuslibet liberam voluntatem. Item si contigerit aliquem de nostris fratribus aut pueris ad contractum matrimonii . . . , ad hec prefata civitas et Burgenfes nihil nobis dare ex debito tenebuntur. Supra dicta omnia ipsis inviolabiliter observare promissimus data fide pro nobis et nostris fratribus et successoribus universis. Promissimus etiam quod nullus ex fratribus nostris suam partem hereditatis debet aliquatenus acceptare, nisi prius promittat, quemadmodum nos promissimus, fide data, et suis sigillis roboret prefens scriptum. Preterea servandum duximus firmiter et tenendum, quod si quicquam de omnibus premissis infringere-mus, quod absit, ex tunc dicti Burgenfes habebunt liberum arbitrium, ut una cum Burgenfibus castri et oppidi Tangermunde, cum Burgenfibus civitatis Osterborch, et terris adjacentibus oppidis jam predictis libere se divertere poterunt ad alium dominium, ad quem duxerint divertendum, donec talis injuria et violencia per nos, fratres nostros, successores nostros fuerit ex integro retractata. Pro hujusmodi quidem libertate et omnibus aliis articulis premissis dicti Burgenfes nobis dederunt mille marcas, ducentas marcas et triginta quinque marcas. Insuper nos liberos dimiserunt de centum marcis et quadraginta marcis et de centum talentis, in quibus ipsis fuimus obligati. In supradictorum omnium siquidem evidens testimonium et cautelam prefens scriptum fieri iussimus et sigillorum nostrorum impressionibus consignari. Adhibitis nihilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Johannes de Arkefleve, Buffe niger, Conradus de Snetlinge. Hynricus de Woldenhagen, Beteko de Buc, Fredericus de Buc, Johannes et Gherard fratres de Kercow, Johannes de Nowen, Georgius de Brewitz, Nicolaus de Esbeke, Henricus de Wardenberch, Johannes de Ridbeke, Dominus Luthardus de Scriverstorp, Fridericus de Ecstede, Johannes de Stegelitz, Falco milites. Wezzelo, Arnoldus Vlasmenger, Henricus de Rociz, Johannes de Turiz, Godescalcus de Yerichow, Gherdingus, Conradus Hiddo, Godo de Sluden, Jordanus Vlasmenger, Ghifo de Scadewachten, Wilhelmus de Morfun, Johannes de Brunswich, Godo Denecum, Conradus Dufer, Petrus de Moringe, Henricus de Morfun, Burgenfes et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec Tangermunde, Anno domini MCCLXXXII

feria quarta ante Urbani. Datum per manum Domini Johannis de Brunfwich, nostre curie capellani.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. 107—111.

**XXXIX.** Domcapitel und Rath zu Stendal genehmigen die von Nicolaus von Gardelegen bewirkte Altarstiftung in der Marienkirche, am 15. April 1283.

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. A. Dei gratia prepositus ecclesie Stendaliensis, Johannes Decanus totumque capitulum et consules civitatis ejusdem omnibus presentem literam visuris aut auditoris salutem in eo qui salvat omnem hominem et neminem vult perire. Successus temporum perimunt gesta fidelium, quare decet et expedit, ut fulciantur testibus ac testimonio literarum. Hinc est, quod universis christiane fidei professoribus volumus esse notum, quod Nicolaus de Gardelege, noster Burgenfis, de maturo nostro consilio in ecclesia beate marie quoddam fundavit altare ob cultum divinum ampliandum, et ob memoriam sui et suorum progenitorum illud dotavit cum octo choris dari frumenti proprietatis titulo sub hac forma: sacerdos altari deserviens singulis annis recipiet septem choros, pro quibus dicet singulis diebus unam missam. Insuper recipiet dimidium chororum pro ipsius Nicolai anniversario conservando, quem conservabit cum . . . isto modo. Habebit ad se duos sacerdotes et sex scolares et candelas quatuor ad sepulcrum, et celebrabuntur tres misse illa die ad altare jam predictum, et dimidium chororum expendet in divino officio et eleemosyna competenti. Preterea sex modii cedent ecclesie pro vino, oblatiis, luminibus et omnibus necessariis comparandis. Insuper custos habebit sex modios, qui per se aut per scolarem altare deserviet. Dictam annonam sacerdos altaris colliget et annis singulis ministrabit. Istius annonae jacent quinque chori in villa Belkowe et tres in civitate Stendale. Filius predicti Nicolai Senior istud altare conferet, quamdiu vixerit, post mortem autem suam decanus Stendaliensis cum consilio consulum. Et si Decanus et consules in unam personam concordare non possent, ex tunc duo canonici et duo consules de unanimi consensu dictum altare conferre possunt et debent cum concordia infra mensem. Et sacerdos electus ad altare faciet obedientiam Decano et non dicet ex debito nisi diebus singulis unam missam. Istam missam incipiet post offertorium summe misse. Nec aliquis obventiones, que obveniunt ratione . . . officii sibi aliquatenus vindicabit, sed parochiano integraliter presentabit. Dictus sacerdos non habebit ecclesiam ita vicinam civitati, quod possit officiare altare intus et ecclesiam extra. Sacerdos non per vicarium deserviet, sed in civitate residenciam faciet personalem, et ad dictum altare nullus presentabitur, nisi sacerdos fuerit jam promotus. Iste autem sacerdos ad nulla jura parochialia obligatus erit, nec ad baptismum, nec ad confessiones, nec ad visitationes infirmorum, sed solum modo horas suas servabit in ecclesia cum sacerdotibus, et post dicet missam unam. Omni secunda feria et quarta feria et sexta feria missam debet dicere pro defunctis, aliis autem diebus tales dicet, que possunt Deo et hominibus plus placere. Hujus ordinationis testes sunt: Adam prepositus, Johannes Decanus, Godefridus Vlasmengerus, Luderus Custos, Bertoldus Stolpensius prepo-

fitus, Johannes de Gardelegen, Philippus, Conradus parochianus, Reynerus Cellerarius, Albertus de Revelde, Theodoricus de Brandenborch, Martinus de Crochere Canonici; Wezzelinus, Arnoldus Vlasmengerus, Johannes de Thuriz, Conradus, Hiddo, Godinus de Sluden, Gervangus, Johann Storm, Godo Denekim, Thidemannus de Wegeleve, Thidemannus Noppowe, Arnoldus de Stendale, Hinricus de Bismarke consules, Hinricus de Rokez, Godefcalcus de Yergow, Ghifelbertus de Scadewachten, Wilhelmus de Morfum, Baldewinus de Zerwift Burgenses, et alii plures fide digni. Ne istius ordinacionis imposterum ulli oblivio oriatur, sigillorum nostrorum munimine roboravimus prefens scriptum. Actum et Datum Stendal, Anno Domini MCCLXXXIII decimo septimo Kal. May.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 111–114. — Das Original dieser und der vorherigen Urkunde ist mir nicht zu Gesicht gekommen.

**XL. Die Markgrafen Otto und Conrad vereinigen der Marienkirche in Stendal Gebungen aus Belfow, welche Nicolaus und Günther von Gardelegen zu einer Altarstiftung gewidmet haben, am 18. Mai 1283.**

In Nomine sancte et jndiuidue Trinitatis. Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus auditoris has literas et visuris salutem in domino sempiternam. Cum omnia, que sunt in tempore, simul labantur cum tempore, et de gestis hominum dura emergat calumpnia, expedit ut ea, que donantur a principibus, robur forciantur perpetue firmitatis et literarum testimonio eternentur. Inde est, quod constare volumus univērsis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, et tenore presencium publice protestamur, quod ecclesie sancte Marie in Stendal obtulimus quinque frusta duri frumenti sita in villa Belekow, nec non tria frusta duri frumenti, sita in eadem civitate, que a nobis Nicolaus et Guntherus, fratres, dicti de Gardelege, clare memorie, in p̄heodo possederunt, ob salutem et remedium progenitorum suorum et animarum eorum proprietatis titulo perhenniter possidenda, ob cultum divinum ampliandum et ad officium altare ibidem per eisdem constructum diebus singulis in ecclesia memorata. Pro huiuscemodi quidem dacione proprietatis triginta quinque marcas argenti recepimus Stendaliensis. Huius altaris collacio ad Decanum et consules civitatis prehabite pertinebit. Vt autem hec nostra donacio tam a nobis quam a nostris successoribus inviolabiliter et perhenniter obseruetur, presentem cedulam inde confectam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiti, Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, Quorum nomina sunt hec: Johannes de Brunen, Johannes de Gardelege, Alewardus, Johannes Prepositus in Leuenwalde, curie capellani, Thidericus de Osterborch Dapifer, Johannes de Nowen pincerna, Luthardus de Scriberstorp, Heinrichus de Wardenberch, Johannes et Conradus de Kercow, Bussō de Cocstede, milites. Datum in mirica Ratenow, Anno Dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. Kal. Junii.

Nach dem Orig. im Pfarr-Archive der Marienkirche in Stendal No. 1.

**XLI. Capitel und Rath zu Stendal bekunden die Stiftung und Dotation des Altars Simonis und Judä in der dortigen Jacobi-Kirche, am 25. Januar 1285.**

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. A. dei gratia prepositus Ecclesie Stendaliensis, Jo. Decanus eadem gracia Totumque Capitulum loci eiusdem, Consules vniuersi Ciuitatis eiusdem, Omnibus presentem paginam inspecturis seu eciam auditoris Salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum plerumque gesta hominum per successus temporum soleant obfuscarı, Expediens esse dinoscitur et a semita eciam non deuiat rationis, vt ea, que pietatis intuitu conferuntur, per scripturarum memoriam et testium annotationem robur obtineant perpetue firmitatis. Nos itaque presentium tenore Recognoscimus protestando, quod honorabiles viri infra scripti, accedente nostro consilio voluntateque nostra liberali, ob remedium salutare animarum suarum suorumque progenitorum, Necnon eciam et ut diuinum officium eo gloriosius peragatur, dotauerunt Altare Beatorum apostolorum Symonis et Jude in ecclesia Beati Jacobi . . . talentis proprietatis tytulo annis singulis a sacerdote, cui predictum altare collatum fuerit acceptandis, eo tamen modo, quod idem sacerdos obedientia decani, qui pro tempore fuerit, astringatur. Idem quoque sacerdos ad nulla iura parrochialia obligatus erit, nisi propria voluerit voluntate, nec ad baptismum nec ad confessiones nec visitaciones infirmorum, sed solum horas suas seruabit cum plebano in ecclesia et singulis diebus infra missam plebani dicet tantummodo vnā missam, ecclesie parrochie et parrochialibus congruentem, hoc excepto, quod illam missam dicet in vigiliis sanctorum, Quatuor temporibus festis feriis et in quadragesimali tempore hora none, nisi pariam poterit impedire, omnemque fructum, quem in ecclesia pro diuino officio perceperit, plebano sine diminutione qualibet presentabit. Memoratus eciam sacerdos non habebit ecclesiam ita vicinam ciuitati, quod possit officiare altare intus et eciam extra, nec per vicarium deseruiet, sed in Ciuitate faciet residentiam personalem. Decanus vero ecclesie Stendaliensis de Consilio canonicorum et de consensu duorum Consulium, qui a consulibus dicte Ciuitatis ad hoc fuerint deputati, altare conferet supradictum. Quod si predictos decanum et canonicos necnon eciam etiam et consules in vna persona contigeret minime concordare, Extunc idem decanus assumpto vno canonico et duobus consulibus sepedictum altare conferre debet cum concordia infra mensem. Dotatores quoque dicti altaris sunt Walterus sacerdos, qui addidit partem agri apud sanctum Petrum siti et duos solidos in censum ob memoriam sui nec non patris Johannis et matris sue Jutte et omnium amicorum suorum et benefactorum suorum. Item Petrus primus plebanus eiusdem altaris; Jordanus flasmenger et Gherardus frater suus; Conradus hyddo et vxor ipsius heylewigis; filii Herbordi de Bismarke videlicet Heyno et Franko et Willeko, et Margareta de Offemor comparuerunt Ortum super hanepstad in dotationem altaris iam predicti; Item Johannes filius heysonis domum cum Curia sitam in obstabulo pro sui et patris heysonis et matris Ermegardis et ipsius vxoris memoria assignauit; Item Johannes de Thuriz contulit ad idem altare V solidos annuatim in ortis ante portam arneburgensem ob memoriam sui et patris Johannis et matris Aleydis et suarum vxorum Beatrix atque Beste; Item Cono flasmenger pro se et sue vxoris Margarete et patris sui Arnoldi et matris sue Aleydis memoria IX solidos in Hasele et in ciuitate Stendale VI denarios assignauit; Item plebanus Ecclesie sancti Jacobi de Consensu Canonicorum ecclesie sancti Nicolai dabit scolari ad prenotatum altare ministranti annis singulis de oblationibus quatuor solidos quaternarium numerum non excedens, Et sacerdos ipsius altaris dabit dicto scolari V solidos an-

nuatim de sua propria pensione. Horum quoque omnium dotatorum memoria et aliorum plurimorum, qui dederunt elemosinam et adhuc dabunt, In vigilia Symonis et Jude a primo dotationis tempore et deinceps a sacerdote, qui predictum altare officiauerit, assumpto vno sacerdote vigiliis et duarum missarum sollempniis et duabus candelis duas libras cere continentibus honorifice peragentur. Dotatorum eciam parentum memorie suis certis temporibus, prout sequitur, peragentur. In crastino Martini erit memoria Johannis et Jutte vxoris eius patris et matris Walteri sacerdotis. Item vigilia ascensionis domini erit memoria wilhelmi patris Petri primi plebani huius altaris. Item in die Cosme et Damiani heyfo pater Johannis emigrauit, Ermegardis vero vxor heyfonis obiit in crastino sancte Lucie. Item in die vrbani Arnoldi senioris flasmengeri et Bertradis vxoris sue anniuersarium peragetur. Item in vigilia Johannis et Pauli obiit Conegundis prima vxor Gerhardi flasmengeri, Elifabeth vero vxor sua secunda obiit in vigilia sancte Elifabeth. Item in die sancti Ignatii obiit Margareta, vxor Cononis flasmengeri. Item Arnoldus flasmenger, pater dicti Cononis, obiit in die Pantaleonis matris, Mater vero eius aleydis obiit in vigilia Symonis et Jude. Item herbordus de bifmarke obiit in die Primi et feliciani, vxor vero sua heylwigis in vigilia epiphanye ab hoc seculo emigrauit. Item Beatrix, vxor Thuricii, obiit in crastino Annuntiationis domini, Pater vero eius Johannes Thuricius obiit in vigilia omnium sanctorum. Margareta de Offemore obiit in die Conuersionis sancti Pauli. Qui nullius obliuiscitur, Jhesu criste, graciose memoriam habeat omnium predictorum. Huius ordinacionis testes sunt: Adam prepositus, Johannes decanus, Godefridus flasmengerus, Luderus scolasticus, Bertoldus Stolpenfis prepositus, Philippus custos, Conradus parrochianus, Reynerus prepositus, Johannes Gardelege, Th. de ofteren, Arnoldus, Albertus, Martinus, Canonici, Godefcalcus de Jerchow, Bodo de Sluden, Ghiso de Scadewachten, henneko de Soltwedele, Conradus hidde, Baldwinus de zerwist, Gherardus flasmenger, Th. de wegeleue, Johannes Storm, Arnoldus de Borch, henneko wezzellinus, Jacobus Slauus, Consules, et alii fide digni. Ne autem super ista ordinacione laudabili et deuota alicui dubietatis scrupulus oriatur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Actum et datum Stendale, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV, In die Conuersionis beati Pauli apostoli.

*Hinzugefügt ist noch folgende Notiz:*

In vigilia vigilie beatorum apostolorum Symonis et Jude Ad vesperas Custos ecclesie sollempniter altare dictorum apostolorum summis ornamentis preparabit, duabus eciam candelis positus super dictum altare. Vesperis autem dictis in choro plebanus eiusdem cum lociis superpliciatu ante idem altare incipient sollempniter Circumdederunt me cum magnis vigiliis et compulfabuntur vigilie cum magnis campanis. Sequenti vero proxima die, que est vigilia dictorum apostolorum ante inceptionem missarum animarum, sacerdos recitabit nomina dotatorum et benefactorum, vt in sequenti per ordinem continetur. Et de elemofinis recitandis, si placet sacerdoti, obmittere potest et solummodo memorias faciet nominatim, Ita videlicet incipiens: Ad altare Symonis et Jude in ecclesia Sancti Jacobi in Stendale Domini Canonici ecclesie sancti Nicolai dederunt annua in pensione III<sup>or</sup>. solidos. Item Walterus sacerdos dedit partem agri apud sanctum petri siti et II<sup>or</sup>. solidos in censu pro se et patre suo Johanne et matre Jutte. Item Johannes, filius heyfonis dedit domum cum orto supra Obstabulum soluentem XXXX solidos pro se et patre heyfone et matre Ermegarde et pro sua vxore. Item Cono flasmenger IXI solidos in hasele et VI de-

narios in ciuitate Stendal annis singulis assignauit pro se et vxore Margareta et patre Arnolde et matre Alheyde. Item Johannes Thuricius dedit V solidos recipiendos annuatim ex orto ante valnam arneburgensem pro se et patre Johanne et matre Aleide et suis vxoribus beatrice atque Beste. Item Jordanus flasmenger vendidit ad predictum altare agrum, qui vocatur hanepstat posterior pro XXX marcis, ad quem agrum emendum magister Petrus, primus plebanus dicti altaris, dedit XX marcas pro se et patre suo wilhelmo et matre Oden. Item heyno et franko et willeko filii herbordi de Bismarke et Conradus hyddo et heylewigis, vxor sua, dederunt duas domos venditas pro VII marcis ad agrum iam dictum perfoluendum pro se ipsis et pro herbordo de bismarke et vxore sua heylewige. Item Gherardus flasmengerus dedit III marcas ad eundem agrum perfoluendum pro se et patre suo arnolde et vxoribus Conegunda et Elyfabeth. Item Margareta de Offemore dedit II marcas ad emendum quinque solidos singulis annis ad prefatum altare. Eadem dedit Casulam et tria candelabra et VI solidos ad librum missale pro se et viro suo Theoderico. Item Aleydis vxor thuricii senioris dedit VII denarios in censum singulis annis et dedit V solidos paratos pro se. Item Aleydis vxor Conradi berengeri dedit II denarios annis singulis in censum pro se et viro suo Conrado. Item hermannus longus et vxor eius Aleydis et cristianus ortulanus et bethekin longi et vxoris sue elyzabeth. Item Gherardus de Clodene dedit V denarios in censum annuatim et denarios in parato pro se et vxore sua Mechtilde. Item Wilhelmus de Osteren dedit vnam marcam paratam pro se. Item heylewigis dedit V solidos paratorum denariorum pro se. Item Lambertus friso dedit anulum aureum ad calicem eiusdem altaris pro anima sororis sue. Item Elifabet dedit aureum ad eundem calicem. Item domina Trudo, vxor Stormonis, dedit ad idem altare I marcam et fertonem et X solidos pro se et dedit talentum pro patre berengero et matre aleyde. Item Elifabeth Clotonis dedit VIII solidos in parato pro se et viro eius waltero clot. Item Wendela dedit VI solidos paratorum denariorum pro se. Item Mechtildis vxor Hagenbardi dedit III<sup>or</sup>. solidos paratos pro predicto hagebardo marito eius. Item Alardus cerdo dedit VI solidos paratorum denariorum pro vxore sua Tetha. Item Margareta Stalparidi dedit I solidum paratorum denariorum pro viro eius Nicolao. Item Cristina dedit V solidos paratorum pro marito suo hermanno de goltbeke. Item Ala cristina VI denarios. Item Aleidis de Rokez V solidos in parato pro Johanne marito eius et duos solidos pro se. Item hermannus et vxor sua Hedwigis VI solidos. Item Heylewigis pelz dedit lectum vnum ad predictum altare. Alios qui dederunt elemosinam quere cum signo tali: (Signum sequitur.)

Memoria autem facta et duabus missis pro defunctis finitis fient ibidem Commendationes ante altare cum tribus vltimis responsois et versibus et tribus oracionibus et ter thurificabitur dictum altare ad quodlibet responsoium: prima oratio pie recordacionis affectu. Responf. absolue deus. Secunda oratio Dominus apud quem mortuorum. Resp. Dominus eterne Tercia oracio Dominus uite dator. Resp. Libera me deus pater noster et Ne nos. Oratio pro fundatoribus. Propitiare domine. Fidelium dominus omnium conditor.

Iste est census Altaris apostolorum Symonis et Jude de areis in Stendale et de domibus istorum, qui sequuntur: Area hinrici de bismarke III<sup>or</sup>. denarios. Clot III denarios. Elifabeth scorkicken III<sup>or</sup>. denarios. Ghereko de Clodene I solidum. Theodericus molendinarius VI denarios et parua domus apud eum III denarios. Conradus platenfleger VI denarios, Hinricus de Stenvelde VI denarios, Aleidis Conradi berengeri III denarios,

Thela vxor hermanni futoris II denarios, Hinricus de Burs III<sup>or</sup>. denarios. In parrochia sancti petri in Noua platea. Johannes de Bellinge III<sup>or</sup>. denarios, Heino Goldeko II denarios, Cono flafmenger VI denarios. Item in parrochia Sancti Jacobi: Bolto III denarios de domo sua, Jutta de ofmor III<sup>or</sup>. denarios de area sua, Gewardus de goltbeke II denarios pro fratre suo, item henneko de snakenborcher III<sup>or</sup>. denarios, henricus lupborenfis II denarios de area in obftabulo, Johde calue III denarios de domo apud Jordanum flafmenger. In parrochia S. Nicolai: Gerardus de vngelingen, qui moratur apud femitam in platea lappenbercher II denarios de domo sua, Gerlingdis ante portam arneburghensem II denarios de domo sua et II denarios pro filio eius bartholomeo.

Item bartholdus et vxor sua margareta eciam dederunt elemofinam.

(Locus ligni fupra memorati.) Johannes ftorm dedit vnum talentum pro fe. Item Berengerus filius eius dedit X solidos pro fe et pro vxore fua Margareta. Item heylewigis de Garlip dedit V solidos, Item henricus de ofmor et foror fua Jutta dederunt III<sup>or</sup>. denarios fingulis annis in cenfum. Item Bolto dedit III denarios pro fe et pro vxoribus fuis fcilicet pro Conegunda et Margareta et pro filio fuo henrico. Item Soror Ana dedit XVIII denarios, item foror mechtildis dedit I solidum. Item arnoldus et foror fua Gefa dederunt III solidos. Item Theodericus molendinarius et vxor fua cristina dederunt III<sup>or</sup>. solidos. Item Conradus ywain dedit III solidos. Item henricus de ofmor dedit II solidos. Item Tidemannus Goflaer dedit III solidos. Item Conegundis dedit II solidos pro memoria eius. Item Ana de burs dedit III solidos ad altare. Item expedire uidetur, quod nomina illorum recitentur, cum aliis qui fingulis annis dant cenfum ad altare, quia magis prompti erunt ad cenfum foluendum. Henricus de goltbeke II denarios. Item margareta Jwani III fol. Item metta pufilaris III solidos.

. . . . . empta eft in obftabulo domus cum curia vbi III ftupa S Jacobi locata ad altare apoftolorum Symonis et Jude pro III<sup>or</sup>. marcis et dimidia erga Johannem, filium heyfonis, Soluens XIII<sup>or</sup>. solidos annuatim. Refidua vero elemofina pofita . . . . . predicti altaris vtilitatem fcilicet ad edificandum ad faciendas fepes et foffas, ad ortum implendum et ad cenfum emendum de aliquibus areis. Et primo anno facerdos celebrans ad altare omni feptima a fefto Johannis baptifte ufque ad pafcha habuit XXIII denarios de elemofina fupradicta.

Ciues in haffele communiter tenentur foluere annuatim ad altare apoftolorum Symonis et Jude in ecclefia sancti Jacobi in Stendale VIII solidos in cenfum de pascuis communibus fuae de agro, qui vocatur pengels lant. Item prefectus fpecialiter predictae ville tenetur foluere annuatim de agro retro curiam fuam VI denarios. Item hermannus de fine fpecialiter IX denarios de prato, Margareta eciam fpecialiter III denarios de quarta parte prati.

Summa predicti census continet X solidos et hunc cenfum foluent fingulis annis in fefto S. Johannis baptifte.

Nach gleichzeitiger Schrift im Stend. Rathſarchive No. 21.

**XLII. Die Markgrafen Otto und Conrad entscheiden Streitigkeiten zwischen den armen und den reichen Bürgern zu Stendal, am 19. Februar 1285.**

In nomine Domini Amen. Nos Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, univcrfis Christi fidelibus in perpetuum, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod cum in civitate nostra Stendal aliqualis mota fuisset discordia super jure civitatis, dissidentibus, divitibus ac pauperibus, aliis sic, aliis (aliter) dicentibus et insuper coram nobis eisdem diversas moventibus querimonias, tandem in nos tanquam in arbitros et veros Dominos hereditarios unanimiter consenserunt, promittentes fide media hinc et inde, ut quicquid ordinarem et statuamus observandum in predicta dissensione, in perpetuum concorditer observarent. Nos igitur habita provida deliberatione fidelium nostrorum et quorundam consulum civitatum hoc modo decrevimus statuendum: ut consules pro predicto anno electi in predicta civitate isto anno permanent, et omni autoritate et posse fruantur libere, prout ante inceptionem guerre sive discordie utebantur, et deinde anno suo finito alios libere eligent juramento prestito secundum consuetudinem et jus, prout patris nostri tempore eligere consueverunt, nullius vocata presencia, nisi quorum de antiqua consuetudine fuerit evocanda, ita, quod nulla inconsueta coactio interueniat vel accedat. De Burgenfibus autem, qui feuda possident, taliter decrevimus statuendum, ut, quando collecta vel exactio fuerit facienda, quod de dimidietate feudi sui collectam seu exactionem dabunt, reliquam mediam partem tenebunt liberam. Quicquid vero in talibus neglectum est, presentibus statuimus esse quitatum, nec deinceps ullatenus repetendum. Quando autem collecta seu exactio fuerit facienda, quicquid consules statuerint, solidum de mensa vel amplius, de ante dando, quod vulgo sonat *Vorlooth*, divites ac pauperes equaliter in perfolucione talium stare debent. Preterea tam divites quam pauperes in collectione exactionis juramenta prestabunt, quod secundum positionem consulum de omnibus bonis suis taxationem mandatam solverint, et in nullo amplius gravabuntur, nisi tunc collectores exactionis sibi voluerint secundum estimationem, quam oretenus professi sunt cum juramento, solvere bona sua, et se de bonis suis, si voluerint, libere intromittent. De vino autem vendendo ita statuimus, ut liberum sit omni homini tam incole quam advene, ut in quocunque loco voluerint, vendant vina, ita tamen, ut consules valorem vini estiment prius et taxent, et exinde venditor inchoato integro plaustro duos solidos solvere tenebitur civitati, nec in amplius gravabitur ullo modo. Ceterum de hys, que ininge vulgo dicuntur, ita statuimus observandum, ut in collocacione, que *Morgensprak* dicitur, statuta consulum non impediant, sed si quicquam boni cogitaverint, quod pro suis artificiis expediat, ad consules referant, et ipsorum consilio et juvamine, si utile visum fuerit consulibus statuent et promittent, ita tamen, ut nulla prorsus contra decreta consulum ordinent vel disponant. Et ne talis desolacionis periculum et timor in civitate predicta occurrat, statuimus et mandamus, ut nullus predictae dissensionis materiam moveat, vel mencionem faciat ad jurgium, prout nobis procuratores partium tam divitum quam pauperum promiserunt hinc et inde, et communiter omnes incole civitatis decretis consulum stare debent unanimiter et concorditer, sicut steterunt ante inceptam discordiam, nec impedient facta consulum, nec reclamabunt eisdem, ut pote steterunt temporibus patris nostri. Statuimus etiam, quod nulla prorsus debet tam inter divites quam pauperes esse compromissio, sed si que nunc est, aut fuit, hec debet deleri et nullis temporibus renovari. Et ne quis attemptet transgredi statuta hic conscripta vel presumat, presentibus lude interficimus, quod talem transgressorem perfidum reputabimus et perjurum, et ejus vita, bona



sua omnia in nostra erunt arbitraria potestate per vallacionem arbitrii facti in Ratenow coram nobis. In horum omnium predictorum evidens testimonium statuta eadem conscribi iussimus ac sigillorum nostrorum appensionibus et sigillo civitatis Stendal decrevimus consignari. Acta et data hec sunt in Ratenow, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>. in secunda feria post dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 22.

**XLIII.** Bischof Waldebrunus erteilt denjenigen einen Ablass, welche dem Pfarrer zu St. Peter in Stendal folgen, wenn er den Leib Christi zu den Kranken trägt, am 2. Juni 1287.

Uniuersis cristi fidelibus presentes literas inspecturis Waldebrunus, dei gratia Avello-nensis et Glauinicensis Episcopus, salutem in domino sempiternam. Cum ad ea, que cultum dei ampliant et animarum salutem promouent, ex officii nostri debito semper proni debeamus et faciles merito reperiri et ad salutiferum ministerium cristi fideles frequentius excitare. Nos itaque de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus et confessis, qui Presbiterum de Parrochiali Ecclesia sancti Petri apostolorum principis extra muros apud Steyndale, Halberstadiensis diocesis, uisitantem infirmum cum communione sacri Corporis cristi cum reuerentia fuerint comitati, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis, dummodo loci diocefani consensus accesserit, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Date Rome, III<sup>o</sup>. Non. Junii anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, apostolica sede vacante.

Fr. Waldebrunus,  
auellonenfis Episcopus.

Nach dem Original im Pfarrarchive der Peterkirche.

**XLIV.** Ablassbrief mehrerer Erzbischöfe und Bischöfe für die St. Peterkirche in Stendal, vom 13. April 1288.

Uniuersis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis Theodistus, miseratione divina adriapolensis, Johannicius mokicensis et Michael antibarensis archiepiscopi, Johannes esinenfis, Leonardus tricanicensis, Waldebrunus auellonenfis, Marcus ameliensis, Franciscus terracenenfis, Bartholomeus gajetanus, Romanus crohenfis, Bonifacius bosonienfis, Perronus larinensis, Johannes esculanus, Gvido tribunienfis et Petrus statiensis, Episcopi. Salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, de abundantia pietatis sue merita

supplicum excedens et vota, bene fervientibus multo majora tribuat quam valeant promereri, Desiderantes tamen reddere domino Populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut ecclesia beati Petri apostoli extra muros oppidi Steyndalensis Halberstadenf. Dioc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsam Ecclesiam in singulis Festis beati apostoli, in dedicatione ecclesie predictae et per octavas festorum predictorum in consecratione et anniversariis diebus consecrationis Altaris ibidem erecti, in cathedra beati Petri qui primum sedit Rome, in conversione Pauli, in Parasceve, in divisione apostolorum et in die omnium sanctorum causa devotionis acceperint, vel manus porrexerint adiutrices, de Dei misericordia, et apostolorum Petri et Pauli Patrocinio confisi, singuli singulas quadragenas de injuncta sibi penitentia, dummodo Loci Diocelanus consenserit, misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Rome, Anno Domini MCCLXXXVIII, Idus Aprilis, Pontificatus Domini Nicolai Pape III. Anno Primo.

Nach dem Orig. im Pfarrarchive der Peterskirche.

#### XLV. Das Domcapitel und der Rath zu Stendal bekunden die von den Gewandschneidern geschene Stiftung eines Altares in der Marienkirche, am 25. Juli 1288.

In nomine sancte et Individue Trinitatis Amen. A. Dei gracia prepositus, et Johannes eadem gracia Decanus, totumque capitulum ecclesie Stendaliensis et consules civitatis ejusdem omnibus prefencia visuris Salutem in eo, qui salvat omnem hominem et neminem vult perire. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit, ut ad noticiam posterorum gesta precedentium commissa perveniant, ne per oblivionem, que inimica est posteritatis argumenta veritatis deleantur, et dubii questio generetur. Hinc est, quod universis Christiane fidei professoribus cupimus esse notum, quod confratres fraternitatis pannicidarum, qui Wantnidere dicuntur, et stigma potentium (?) qui . . . nuncupantur, de nostra omnimodo voluntate quoddam altare fundaverant in ecclesia beate Marie Virginis in Stendale ob cultum divinum ampliandum, et ob memoriam confratrum suorum vivorum et mortuorum, illud dotantes octo fructis proprietatis titulo sub hac forma: Sacerdos, qui dictum altare officiare debet, de his habebit septem frusta, et dicet diebus singulis unam missam, quam cottidie incipiet post offertorium misse animarum. Preterea custos ecclesie ejusdem habebit dimidium frustum, et deserviet dicto altari per se aut per scolarem competentem. Procurator ejusdem ecclesie recipiet dimidium frustum pro vino, luminibus et oblatis. Predicta vero frusta idem sacerdos ex toto tollet et sic annis singulis in festo sancti Martini distribuet, quemadmodum est premissum. Consules eciam Stendalienses idem altare sacerdoti conferre debent viro idoneo, quem Domino Decano presentabunt. Quem si fortassis incongruum reprobaverit et indignum, alterum substituent loco sui, qui obedienciam Domino Decano faciet, sicut decet. Sacerdos eciam ille ad nulla jura parochialia constringetur ex debito, sed horis omnibus canonicis intererit cum sacerdotibus in ecclesia ante dicta et suam religionem induet, quando alii sacerdotes super . . . induuntur, et omnes obvenciones, que sibi racione officii . . . obvenerint, parochiano ex integro

presentabit. Idem Sacerdos non habebit nec officiare debet aliud officium extra civitatem, sed in civitate altare solummodo jam dictum, et in civitate residenciam faciet personalem, et si de propriis rebus aliquid eidem altari adicere voluerit, habebit ad plenum liberam facultatem. Dominica eciam secunda feria atque quarta missam debet dicere pro defunctis et ante missam ad populum memoriam facere debet omnium confratrum predecessorum et aliis diebus missam dicere potest qualemcunque. Dominicis eciam diebus memoriam faciet ad populum omnium confratrum, qui idem altare dotaverunt. Annis autem singulis quinta feria post communes assumere debet unum sacerdotem et quatuor scolares, et de suo proprio comparabit idem sacerdos quatuor candelas, duas libras cere continentes et memoriam fratrum vespere cum vigiliis, mane cum duabus missis animarum solemniter duximus peragendum et postmodum in ipso altari predicta lumina consumantur. Et si idem sacerdos se indecenter regeret detestabiles per excessus, quod absit, quos Dominus Decanus et Consules criminatim probare possent, ipsum deservire poterunt ab altari et proventibus universis et Consules medio tempore remunerabunt sacerdotem, donec proprietatem predictorum fructuum poterunt comparare, et tunc nos prepositus et Decanus cum nostro capitulo aliud privilegium de novo scriptum tenorem prefecte continens omnium premisorum debemus nostris sigillis secundario communire. Testes Dominus Adam Prepositus, Dominus Johannes Decanus, Dominus Godfridus Vlasfenger, Dominus Luderus Scholasticus, Dominus Philippus Custos, Dominus Reinerus Parochus, Dominus Bertoldus Stolpenfis Prepositus, Dominus Conradus Parochus, Dominus Thidericus de Osterren Cellerarius, Dominus Albertus de Revelde, Dominus Martinus de Crochern Canonici, et Conradus Hiddo, Godescalcus de Yergowe, Godo de Sluden, Ghiso de Scadewachten, Gherardus Vlasfenger, Betto, Theodericus de Wegeleve, Henricus Wezzelier, Arnoldus, de Stendal, Henricus de Brunfwik, Henricus Hoyer, Heyno Nachtigale Consules, et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum Anno Domini MCCLXXXVIII, in die sancti Jacobi Apostoli.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 138—141. — Das Original ist nicht wieder aufzufinden gewesen.

---

XLVI. Die Markgrafen Otto und Conrad fordern Jedermann auf, den Bürgern Stendals Hilfe und Beistand zu leisten, ihre Brandstifter zu verfolgen, am 9. September 1288.

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses Marchiones, vniuersis Militibus suis et Armigeris, scultetis, Burgenfibus et villanis salutem et omne bonum. Volumus strictius hoc mandantes, quatenus nostros burgenfes ciuitatis Stendale in presenti negotio non presumatis aliquatenus impedire, sed vbicunque suos incendiarios inuenerint, sub obtentu nostre gratie eosdem fideliter promoueat ad omnem iustitiam adiuuantes ope et opera efficaci. In hoc enim nobis exhibebitis obsequium gratiosum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVIII<sup>o</sup>. in crastino natiuitatis b. virginis gloriose.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsaarchiues No. 23.

---

XLVII. Ablassbrief mehrerer Erzbischöfe und Bischöfe für die Peterskirche in Stendal, am 23. Dezember 1288.

Univerſis Chriſti Fidelibus preſentes literas inſpecturis Miſeratione divina Petrus Arboreniſis ArchiEpiſcopus, Gvilhelmus Caleniſis, Marcellinus Turtibuleniſis, Bonifacius Parentinus et Conradus Tulleniſis, ſupra dictarum Eccleſiarum Epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam. Velut vere Fidei Zelatores paternis Inductionibus Chriſticolas ad ſancte operationis miniſterium ſummopere decrevimus excitare, ut titulo ſollicite pietatis florere valeant, et oportune Conſolationis commoda conſequantur: Omnibus vere penitentibus et conſeſſis qui in feſtivitibus Glorioſe Virginis Marie Annunciacionis, Aſſumcionis, Nativitatis et Purificacionis, nec non Petri et Pauli ac ſingulorum Apoſtolorum feſtis ac per octavas earundem ac in ſingulis diebus dominicis ad Eccleſiam Sancti Petri. extra muros Stendal. Halberſtadenſ. Dyoc. cauſa devotionis acceſſerint et Crucem cum proceſſione devota pietate ſequentes, pro Animabus Fidelium, quorum corpora ibidem in Cimiterio ſunt humata, dominicam orationem cum angelica ſalutatione pia devotione dixerint, ac Miſſam ibidem audierint, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, ejus Patrocinio confidentes quilibet noſtrum quadraginta dies indulgencie de injunctis ſibi penitenciiis, dummodo hanc noſtram Indulgentiam Loci Dioceſanus ratam habere voluerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentem Cedulam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Rome, Anno Domini Milleſimo Ducentefimo Octuageſimo Octavo decimo kl. Januarii, Pontificatus Domini Nicolai Pape Quarti Anno Primo, Indictione ſecunda.

Nach Beckmann's Beſchreibung V, I, II, Sp. 85. Sehr fehlerhaft in Ludewig Reliq. IX, 500. und mit dem falſchen Datum: 10. Januar 1289.

XLVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen 2½ Hufen auf dem Theile der Feldmark Stendals, welche das alte Dorf heißt, zu dem von der Kaufmannsgilde ausgeſtatteten Altar in der Marienkirche, am 7. September 1289.

Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgens, Omnibus in perpetuum. Quando petitur quod rationj et honeſtati conuenire diſcitur et ad ſalutem pertinet animarum, decet nos petencium deſideria principalibus beneficijs adimplere. Qua propter notum eſſe volumus vniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos dilectis burgenſibus noſtris in Stendale quorum vſibus ſemper intendere cupimus ſtudioſe, III<sup>or</sup>. fruſta durj frumentj minus VI modijs de III<sup>o</sup>. manſo ſitis in Stendale in Campo, que dicitur antiqua villa, quorum quilibet manſus ſoluit I chorum ſiliginis et I chorum auene, ad vſus altaris, quod confratres de Gulda mercatorum in Eccleſia ſancte Marie in Stendale dotauerunt, contulimus proprietatis tytulo perpetuo poſſidenda. Dicti vero altaris collatio ad Stendaleniſes Conſules pertinebit. Vt eciam dicta noſtra donatio a nobis noſtrisque ſucceſſoribus vniuerſis inuiolabiliter et perhenniter obſervetur, preſentem litteram inde conſcriptam iſtis dedimus in ſufficiens argumentum. Preſentibus hyrico de

Wardenberge, Johanne de Nowen, Gherardo de Kerkowe, militibus nostris, Domino Johanne Decano Stendalensi, Domino Johanne de Gardelege, nostro Cancellario, Et Godescalco de Jerchow, Wilhelmo de moffim, Ghifelberto de Scadewachten, Henrico de brunfwic, consulibus Stendalensibus. Actum et datum Sandowe, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX, In vigilia Natiuitatis sancte Marie.

Nach dem Originale im Pfarrarchive der Marienkirche No. 2.

---

XLIX. Volrad, Bischof von Halberstadt, genehmigt den der Peterskirche zu Stendal am 23. Dezember 1288 von mehreren Bischöfen erteilten Ablass, am 11. Mai 1289.

Nos Volradvs, Dei gratia Halberstadiensis ecclesie episcopus, Cristi fidelibus uniuersis auditoris presentem literam seu uisuris, Notum esse uolumus, quod reuerendorum patrum dominorum Petri Arborensis archiepiscopi, Guilhelmi Callensis, Marcellini Turtibulensis, Bonifacii Parentini et Conradi Tullenis ecclesiarum episcoporum indulgentias, datas ecclesie sancti Petri extra muros ciuitatis Steyndale nostre diocesis ratas tenemus easque, tenore presentium, in nomine Domini confirmamus. De omnipotentis Dei misericordia et beate Marie uirginis, matris eius ac beatorum Apostolorum ipsius Petri et Pauli ac sancti Stephani proto-martiris, patroni nostri, meritis et autoritate, ac nostra consili omnibus uere penitentibus et confessis secundum omnem tenorem indulgentiarum sanctorum patrum episcoporum uiginti dies de iniuncta penitentia misericorditer relaxamus Datum Halberstad, MCCLXXXIX. quinto idus Maii, pontificatus uero nostri trigesimo sexto, anno.

Nach Eubewig, Reliqu. manuscript IX, 508, wahrscheinlich fehlerhaft.

---

L. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem heil. Geist-Hospital in Stendal eine Hebung, welche die Söhne des Ritters Otto von Stendal zu Lehn getragen, am 13. Januar 1290.

Otto et Conradvs, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses. Omnibus in Christo fidelibus, ad quos presentes devenerint, in perpetuum. Noverint uniuersi, quod nos ad laudem Dei et gloriose uirginis matris eius Marie hospitali sancti Spiritus in Stendal proprietatem unius chori, quem filii Ottonis militis, de Stendal dicti, a nobis hucusque feudalter habuisse dinoscuntur, indicto hospitali donauimus possidendam in perpetuum pleno jure, renunciantes simpliciter juri nostro, quod habuimus ad eandem. In hujus rei testimonium presentes damus literas sigillorum nostrorum muniminibus roboratas. Testes, qui donationi huic aderant, sunt hii, Dominus Johannes prepositus in Wizstok, dictus de Gardelege, Gerhardus de Kerkow, Henricus

de Wardenberge, Hermannus de Gardelege, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Granzoye, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. in octava Epiphaniæ Domini, per manum Domini Bernardi, curie nostre notarii et capellani.

Nach dem Originale im Stendalschen Rathssarchive No. 24.

---

LI. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Stendal für 2 Jahre von der Bede und weisen ihr eine Hebung in Stendal aus der für den Landfrieden bestimmten Reichssteuer an, am 9. Juli 1290.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus coram vniuersis cristi fidelibus presentibus litteris publice protestantes, Quod Dilectis nostris Burgen- sibus in Stendale libertatem donauimus a data presentium per biennium duraturam, Ita quod ipso durante biennio nullam nobis precariam siue Confagittationem penitus nobis dabunt, et sic erunt quatuor Confagittationibus, videlicet in festo sancti Martini proximo et in festo sancte Walburgis virginis proximo et iterum in festo sancti Martini anni subsequenti et similiter in festo sancte walburgis virginis anni eciam subsequenti, liberi et penitus absoluti. Demonstrauimus preterea ipsis Burgen- sibus quinquaginta marcas in ipsa Stendale recipiendas a precaria siue a confagittatione Domini nostri regis, que ad pacem deputata est et illas tenebimur paci et domino nostro Regi re- fundere et reponere propria in persona. Placitauimus preterea cum premissis nostris Burgen- sibus, Quod ea dampna, que supercreuerunt super debita, in quibus pro nobis hospitibus in Erphor- dia obligantur, si qua supercreuerint, quod illa debeant de Confagittatione domini nostri Regis siue pacis in subsequenti anno recipere, si scilicet detur Confagittatio, sin autem, ipsis ulterius liber- tatem donabimus, quod suam expositam in tali dampno tollant pecuniam, nec in hoc debemus ipsos ullatenus impedire. In predictorum omnium euentiam pleniorum presentes litteras conscribi iussi- mus et Sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testibus adhibitis valde bonis, videlicet Domino Conrado de Redere et Domino Burchardo Nigro de Irkesleue et Domino Tzwilis de Wedele et Domino Johanne preposito in Widstoch et aliis plurimis fide dignis. Acta sunt hec Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. et data Magdeburg per manum Do- mini Alwardi, Curie nostre Notarii, prepositi Reppinenfis, in dominica ante festum Marga- rete virginis.

Nach dem Originale des Stend. Rathssarchiues No. 25.

---

LII. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben der Stadt Stendal eine Mühle auf der Uchte zu erbauen, am 10. Juli 1291.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, vniuersis cristi fidelibus has literas cernentibus noticiam subscriptorum. Recognoscimus, presentibus publice protestantes, quod ob gratiam seu dilectionem, qua dilectos nostros Burgenses civitatis Stendal prosequimur, ipsis ad emendationem sue ciuitatis indulgimus, quod possunt construere seu edificare unum molendinum ante eorum civitatem, super aqua, quam vocamus Vchte. Huiuscemodi molendinum dicti Burgenses cum omni iure ac etiam fructu, sine omni exactione in perpetuum liberaliter sine impedimento quolibet possidebunt. Et ne huiusmodi gracia futuris temporibus per nos vel nostros heredes irriteretur, presentes literas damus in evidens testimonium nostris sigillis consignatas. Testes huius rei sunt Johannes de oldenvliet ac Hinricus de wardenberg, Dapiferi, Hinricus de Vrifaac, Fridericus de Ecstede, Gherardus de Kyrchowe, Conradus de Buck, Buffo Albertus de yrkisleue, Ot. pincerna, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Brandenburg, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>. jn die VII fratrum et martyrum.

Nach dem Originale im Rathsarchive der Stadt Stendal No. 26. — Bei Beckmann's Besch. V, I, II, Sp. 6. mit dem Datum: in die 7. Firmi et Martini 1291. Bei Lenz, Br. Urk. S. 131. 132. in die Septem fratrum et martyrum 1286.

LIII. Pappst Nicolaus IV. gestattet den Minoriten sich einen Bisitator ihres Ordens zu wählen, am 8. August 1291.

Nicolavs episcopus, seruus seruorum dei, Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Vnigenitus Dei filius, cujus liuore sanati fumus et sanguinis fonte renati, solus suam fundauit ecclesiam et supra petram fidei mox nascentis erexit, beatoque Petro apostolorum principi eterne vite clauigero celestis et terreni simul imperii jura commisit, dispersos Israël ad ouile suum ministerio sue passionis reductos ligandi atque soluendi sibi et in eo suis successoribus tradito principatu. Quare romano pontifici, ejusdem principis in principatu hujusmodi successori, he vigilie precipue et solertie sedule et hec studia desidia vacua imminent ex debito apostolice seruitutis, ut ecclesiam ipsam nouo semper fetu multiplicet et greget illi gregem et disciplinis et regulis informatum, nam humane nature conditio tanquam vas figuli fragilitati subiecte facile frangitur et difficile reparatur. Propterea siquidem fideles ejusdem ecclesie ut in acimis sinceritatis et veritatis alitis vigilanter oportet cauere, ne successoris ejusdem principis ordinationibus vel decretis murmurando detrahatur vel quomodo labiis detractionis obstitatur, cum secundum apostolum dei ordinationi sit obuius, qui potestati resistit. Cum itaque ille gloriosus beatus Franciscus, confessor eximius, igne ingentis caritatis succensus, verbo et opere apostolorum discipulus, ad ampliandam in domo domini familiam plenus spiritu veritatis confurgens, ut ambulantium in tenebris pedes eruditionis sue lumine dirigeret in viam salutis eterne, quandam ordinem

instituerit penitentium titulo insignitum, in quo normam tradidit promerendi eterna; Nos ordinem ipsum oportunis fauoribus prosequi et ad ejus augmentum benignius intendentes, ut quod in ejusdem confessoris extitit incrementis augetur virtutum et ejusdem ordinis professores adjectione nostre sollicitudinis magis ac magis de virtute proficiant in virtutem, ipsum ordinem approbando, ordinationes nonnullas salutare per-suasimus litteris in eodem ordine obseruandas inter cetera eisdem fratribus paterno consulentes affectu, ut hujusmodi vivendi normam sequerentur et sequendo amplecterentur eandem et cum naturalis per-suadeat ratio et rationi equitas acquiescat, ut predicti ordinis professores ob ipsius confessoris reuerentiam dilectorum filiorum fratrum ordinis Minorum dirigantur et regulentur doctrina, qui utriusque ordinis almus extitit institutor, de ordinis sepefato fratrum Minorum visitatores et informatores assumere procurarent. Verum quia pro dolor nonnulli ex ordine predicto penitentium ecclesie ac confessoris eorundem degeneres filii aduersus per-suasionem et consilium hujusmodi confurgentes non metuunt affirmare, quod hujusmodi nostro acquiescentes consilio illudque sequi volentes saluari nequeunt in eodem ordine penitentium, nec for-mitantes presumptiosius agere in hac parte callidis suggestionibus subvertunt ipsi consilio adherere cupientium voluntates illudque adimplentes prohibitionibus presumptuosis et molestationibus graui-bus prosequendo; Nos presumptiones hujusmodi nolentes conniuentibus oculis pertransire, prohibe-mus, ne quis cuiusvis professionis et status existat ausu nefario presumat impedire, quo minus omnes dicti ordinis penitentium regulam obseruantes, qui hujusmodi nostrum cupiunt sequi consilium, illud adimpleant et sequantur, decernentes omnes processus contra hujusmodi nostro consilio adhe-rentes habitos et habendos nullius penitus existere firmitatis. Ceterum quoniam cupimus vehemen-ter hujusmodi nostrum salubre consilium adimpleri, omnes qui illud susceperint et adimpleuerint vehementer apostolice ac nostre benedictionis gratiam amplius consequantur et gaudeant privilegiis eidem ordini penitentium ab eadem sede concessis et in posterum concedendis. Impedientes vero quo minus premissum adimpleatur consilium, quod ab hujusmodi impedimento desistant omnino per locorum ordinarios compesci volumus et mandamus, non obstantibus quibuscunque privilegiis sub quacunque forma verborum obtentis, per que effectus presentium posset quomodolibet impediri. Insuper volumus quod hujusmodi fratres nostro salubri consilio adherentes debeant habere mini-stros de se ipsis juxta formam in dicta formula comprehensam. Datum apud Urbem veterem VI. Idus Augusti Pontificatus nostri anno tertio.

*Nach dem Originale im archivalischen Nachlasse des St. Auenklosters zu Stendal, mit der alten Aufschrift in dorso Bulla Nicolai pape quarti, quod fratres et sorores tercie regule penitencium eligant visitatorem ex fratribus ordinis minorum.*

LIV. Die Markgrafen Otto und Conrad schenken den Schöppen zu Stendal das Eigenthum von Hebungen in Schwedten, um selbige in geistlichen Besitz zu verwenden, am 14. Juli 1293.

Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Recognoscimus presentibus publice protestantes, quod ad instantiam atque preces dilecto-



rum Burgenſium noſtrorum videlicet ſcabinorum Stendalienſium iſtis ſcabinis proprietatem prouentuum ſive reddituum duorum manſorum in villa Swechten cum omni jure et ſexagenam pullorum et ſex pullos in dicta villa donauimus poſſidendos, quemadmodum Johannes, filius Heyſonis quondam monetarii, a nobis diſcoſcitur habuiſſe. Ita eciam, quod ipſi redditus jam predictos diuertere poterunt ad quamcunque eccleſiam vel monaſterium duxerint diuertendum. Pro dicta namque proprietate iidem ſcabini nobis duodecim marcas argenti libero animo donauerunt. In cujus ſiquidem donacionis evidenciam ampliorem preſentem literam iſtis dedimus ſigillorum noſtrorum titulo communitam. Actum et datum Tangermunde. Anno ab incarnatione Domini MCCLXXXIII. in craſtino ſancte Margarete virginis, preſentibus venerabili Domino Johanne Epifcopo Hauelbergenſi, Domino Johanne, quondam decano Stendalienſi, Domino Gerhardo de Kerkowe, Domino Zacharia, curie noſtre notario, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendaliſchen Rathſarchives 27. Früher in Lenz Br. Urſ.-Sammlung S. 137. abgedruckt mit der Jahreszahl 1288.

---

LV. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Hoſpital des heil. Geiſtes zu Stendal  $3\frac{1}{2}$  Hufen Landes bei Schönwalde, am 12. Juli 1295.

Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgens es et de Landesberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum tempore in oblivionis tumultum transferantur, dignum videtur et eſt, vt ea, que per nos ſunt et a noſtris ſucceſſoribus rata et firma permaneant, in ſcripta publica redigantur, et teſtium ſubſcriptione firmiter muniantur. Hinc eſt, quod univerſis criſti fidelibus tam preſentis temporis quam poſteri, cupimus eſſe notum, quod nos tres manſos cum dimidio, ſitos apud villam Sconewolde cum omni jure et proprietate Domui ſancti ſpiritus in Stendal dedimus et contulimus liberaliter, abſque precaria, exactio-nibus et ſeruiciis aliis quibuſcunque perpetuis temporibus poſſidendos, ita tamen quod Pachtam illis ſoluatur, qui Pachtam habere et recipere conſueuerunt de manſis predictis, prout ſolui communiter eſt conſuetum. Teſtes hujus rei ſunt: Dominus Otto dictus Gans de Potliſt, Henricus de Wardenberg, Gerhardus de Kerkow, Thidokinus de Quitſow, milites, Nobelin, Advocatus noſter in Tangermunde, fideles noſtri et quam plures alii fide digni. In cujus rei credulitatem et notitiam plenorem preſentes conſcribi juſſimus literas et ſigillorum noſtrorum firmari juſſimus munimento. Actum Tangermunde et data per manum Domini Johannis dicti Paſſer, Canonici Stendalienſis, capellani et notarii noſtri, ſub anno Domini Milleſimo ducentefimo nonageſimo quinto, feria tertia ante diuiſionem Apoſtolorum.

Nach dem Originale im Stendaliſchen Rathſarchive No. 28.

**LVI.** Die Markgrafen Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal an, jährlich 20 Mark aus ihrer Urbede dem Domcapitel zu Magdeburg zu zahlen, am 5. August 1296.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgenses et de Landelberg Marchiones, Recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod fidelibus nostris civibus in Stendal injungentes dedimus in mandatis, ut de centum marcis, quas annis singulis nobis soluunt, in duobus terminis, videlicet in festo beati Martini quinquaginta, et in festo beate Walburgis similiter quinquaginta, honorabilibus dominis canonicis ecclesie Magdeburgensis viginti marcas annis singulis, exsolvant, videlicet decem in festo beati Martini et decem in festo beate Walburgis. Has itaque viginti marcas predicti ciues nostri de annua pensione nostra singulis annis dabunt canonicis antedictis, quousque ducentas marcas argenti canonicis dedimus memoratis. In cujus rei evidens testimonium presentes conscribi iussimus literas et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Acta sunt hec anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXVI. et data Sandow, in die beati Oswaldi.

*Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 29.*

**LVII.** Die Markgrafen Otto und Conrad geben eine Juden-Ordnung für die Stadt Stendal, am 4. April 1297.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landelberg, Recognoscimus presencium per tenorem publice protestantes, quod dilectis nostris consulibus atque Burgenibus univervis civitatis Stendale commisimus atque dedimus in mandatis volentes, ut Judeis nunc civitatem Stendale inhabitantibus futuris temporibus inhabitandis suas patentes literas conferant, in hunc modum, videlicet: quod dicti Judei communi jure gaudeant civitatis, et a dictis consulibus tanquam Burgenes eorum proprii teneantur et quod nullus Judeus dictam nostram civitatem Stendale inhabitet, et jure simili potiatur, nisi substantia suarum rerum se extendat ad summam decem marcarum, et quod quivis Judeus nobis de sua marca unum lotonem annis singulis dare duobus in terminis anni divisim, videlicet in festo sancte Walburgis dimidium lotonem et in festo beati Martini dimidium lotonem perpetuo teneatur. Item cum Judeus aliquis causabitur, et justitia persecutus usque ad juramentum publice faciendum, et hoc quidem ante scolas faciet Judeorum lingua theuthonica, ita quod christiani univervi suum intelligant juramentum. Volumus eciam hoc mandantes, ut nullus judeorum simul compromittendo aut statuendo ullum jus faciat aut dictare presumat super pecunia mutuanda vel mutuo concedenda, sed quilibet Judeus suam pecuniam mutuo dabit, secundum quod videbitur sibi convenire. Quicumque autem in hujusmodi reus poterit approbari, summa decem marcarum procul dubio emendabit, quarum dimidietatem nos recipere tenebimur, et alteram dimidietatem recipiet nostra civitas jam predicta. Preterea memoratis consulibus nostris dedimus in mandatis, ut pueris Oemes Judei suas patentes literas conferant speciales, videlicet quod jure et libertate congaudeant, et similiter protegantur, utpote Burgenes Stendale univervi, pro quibus prefati pueri annis singulis nobis dabunt quatuor mar-

cas, videlicet duobus in antea terminis jam premis, nec per nos amplius gravabuntur. Commisimus quidem nostris consulibus sepe dictis striccius injungentes, ut si judeis Stendale commorantibus per nostros advocatos aut officiales violencia fieret aliqualis, quod tamen non credimus ullo modo, quatinus hoc defendere debeant, et tanquam suos proprios concives tueri cujussibet ab insultu. Sed quum in dicta civitate nostra Stendale habere Judeos decrevimus et tueri, supradictis consulibus precepimus et mandavimus similiter hoc servare, pro quo volumus, vt quando Burgenses Stendalienses consagittationem congregare contigerit civitatis, quevis familia Judeorum unum solidum de mensa teneatur persolvere civitati. In hujus siquidem donationis et libertatis evidenciam presentem literam dari iussimus conscriptam et sigillorum nostrorum appensionibus communitam in sufficiens argumentum. Actum et Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVII<sup>o</sup>. in die sancti Ambrosii, presentibus nostris consiliariis atque militibus, Domino Johanne de Oldenvlete, Domino Henrico de Stegeliz, Domino Johanne de Blanckenborch, Domino Zabelo de Bardeleue, Domino Johanne de Jagowe Advocato de Ratenowe, Domino Tzuliz, atque Domino Ludekino fratre suo et pluribus fide dignis.

*Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 31.*

**LVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad treffen eine Anordnung wegen des Heergewedes und der Grade, so wie der Haltung des Burdinges für Stendal, am 11. August 1297.**

In nomine Domini Amen. Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landesberg, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que aguntur in tempore, cum progressu temporis cicius elabuntur, si non linguis testium et scripturarum beneficiis fuerint perhennata; Hinc est, quod ad noticiam universonum cupimus pervenire, quod nostrorum discretorum virorum consilio mediante jura nostrorum Burgensium dilectorum Stendaliensium, quorum vrbibus semper intendimus, in melius confirmamus, jura de bonis, que Radhe dicuntur, de statu hactenus in nostra civitate Stendale habita, omnino destuimus et deponimus in nihilum redigentes, omnibus quidem striccius hoc mandantes, ut pro jure civitatis deinceps teneatur de predictis Radhen, sicut inferius est conscriptum, ut bona hec vulgariter inscripta ad Radhe solummodo pertineant, et non plura, videlicet vrowen gesmide, dat se plegen to tragen, wislich gebende, Vmmehanges Lakene, alle Kledere, die to der Vrowen live gefneden sint, half die Bedde, half die Küfsene, half die Slaplackene, half die Dischlakene. Diz sal man vor den Scepenen utgeven. Desse benomede Ding hören alleine to den Radhen. Doch sal dat Herwede to voren vtgan. Allet dat, want an dessen Dach Radhe gewesen sint, dat sal nu vortmer Kopmanschap sin, behalven dat vorbenomede Gut. Lecti autem hospitantium ceteris pro denariis debent esse Kopmanscap, in quibus hospites dormiunt, cum univervis linteaminibus et cussinis. Preterea precipimus hoc volentes, ut nostri consules Stendalienses judicium cum univrsitate habeant, quod Burding dicitur, et omnino sic teneant, sicuti Burgenses Magdeburgenses tenere in omnibus dinoscuntur. Ne autem hujus nostri mandati uel donacionis ullus presumat materiam aflu temerario violare, presentem exinde literam conscribi iussimus, nihilominus sigillorum nostrorum apicibus communiti. Actum et

Datum sub annis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVII<sup>o</sup>., in crastino beati Laurentii martyris, adhibitis testibus Domino Johanne de Sprewenberge, Domino Rauen, Johanne de Nowen, Domino Hermanno Botel, Domino Henrico de Benz et Ottone de Holtzendorpe et aliis pluribus fide dignis. Datum per manum Henrici de Strazeborch, nostre curie capellani.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 30.

---

LIX. Markgraf Otto entscheidet Streitigkeiten des Rathes mit den Schuftern zu Stendal über gewisse Hallen, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Dei gracia Brandeburgensis et de Landsberge Marchio, Vniuersi cristi fidelibus auditoris prefencia seu visuris volumus esse notum, Quod cum inter dilectos cives nostros in Stendal consules ex una, et futores et cerdones parte ex altera controversia super quibusdam hallis videlicet, ubi futores inhabitant, et scamptis, ubi corium venditur, fuisset exorta, et coram nobis super jure partis utriusque questio uerteretur: Nos auditis utriusque partis hinc inde allegacionibus visisque instrumentis et diligenter discussis communicato discretorum consilio, controversiam ipsorum ex compromissione partium taliter duximus terminandam: Quod prefati futores et cerdones dictas hallas sub censu novem talentorum retinebunt ad tempora vite ipsorum, et consules censum illum ad vite ipsorum tempora nullatenus auumentabunt. Si vero aliquam de predictis hallis seu locis, ubi corium venditur, per mortem possessoris, ut nunc, vacare contigerit, ordinacio ipsius ad consules pertinebit, censu tamen nullatenus auumentato. Et si preter auumentationem census aliquid derivari poterit, consules ad uulitatem reipublice retinebunt. Acta sunt hec Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVIII<sup>o</sup>., presentibus venerabili Domino Johanne, Huelbergenfi episcopo, Magistro Johanne de Sandow, quondam Decano Stendaliensi, et fidelibus nostris Ottone de Pouch et Renzekone de Guzik, militibus, et aliis fide dignis, et data in Stendal, in vigilia Epiphanie, per manus Gernodi, nostre curie notarii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 32.

---

LX. Des Rathes zu Stendal Junungsbrief für die Krämer, vom 1. August 1299.

In nomine domini amen. Nos Consules Vniuersi Ciuitatis Stendale in Marchia Omnibus presentem litteram visuris seu eciam auditoris salutem. Quoniam ingrata mater erroris gesta fidelium seu gerenda diluit et obfuscat, si non linguis testium et scripturarum beneficiis fuerint perhenata; inde est, quod ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire presentibus publice protestantes, quod dilectis nostris Burgenlibus, videlicet infitoribus, mediante nostrorum consilio discretorum fraternitatem, que Inninge dicitur, tali Jure donauimus, quemadmodum inferius declaratur. Nemo dic-

tam eorum fraternitatem intrare poterit, nisi primo ciuis Stendaliensis sit legitimus et conciuis. Talis quidem, cuius pater eandem fraternitatem antea habuerat, si ipsam habere desiderat et si honestus fuerit, ad primum colloquium, quod Morgensprake dicitur, recipi debet et pro introitu solidos duos dabit quos confraternitas eorum optinebit. Item duos denarios nuncio et scriptori. Burgenlis quoque noster, cuius pater dictam fraternitatem antea non habuerit, et si intrare desiderat, differri debet vsque ad tertiam Morgensprake et si honesta fuerit persona, tunc recipietur et pro introitu solidos octo dabit: de his Ciuitas quatuor solidos et eorum Gulda quatuor optinebit. Hospes autem extraneus si intrare desiderat, ciuis primo fiat. Differri etiam debet vsque ad tertiam morgensprake et si vir bone fame fuerit, tunc recipi debet et pro introitu solidos octo dabit: de his Ciuitas quatuor et eorum Gulda quatuor tollet. Infutores siquidem, qui in amborum dominorum Marchionum ciuitatibus commorantur, stare cum nostris infutoribus possunt in annualibus foris durantibus et preterea duos forenses dies in qualibet septimana; Infutores vero de villis, nunquam habentes ciuitatem in ciuitatibus predictorum dominorum, In stendale nunquam stare aut exponere debent, nisi tantum in foris annualibus et non magis. Infutores et species habentes de Colonia siue de Magdeborch vel de quibuscunque terminis venientes, eorum erunt annualia fora libera exponendi et standi apud nostros infutores et vna dies forensis in qualibet septimana. Nec nostri infutores vel extranei qualescunque ante vllas Ecclesias debent exponere siue stare. Tales etiam, qui caligas apportare solent, in theatro stare non debent, sed apud nostros infutores in foris annualibus et duos dies forenses in qualibus septimana, ita si morantur in ciuitatibus dominorum. Caligas etiam, quas habent, singulariter vendere non debent, sed communiter ad minus dimidiam dosnam intumul ipsi vendere bene licet. Nullus burgenlium nostrorum in sua fenestra et de manu particulariter huiusmodi mercaturas, que Krameria dicuntur, assidue vendere debet, nisi fraternitatem habeat eorundem. Quicumque de nostris infutoribus mercaturas emerit qualescunque presente confratre suo, in quibus ipse socius esse velit, hunc amicabilem debet admittere et gratanter: qui si non fecerit, quatuor solidis emendabit: de his Ciuitas duos et fraternitas duos tollet. Si quis de dictis nostris infutoribus ad colloquium, quod morgensprake dicitur, non venerit intimatum, sex denariis emendabit quos ipsi penitus optinebunt. Qui vero tribus vicibus contumaciter defuerit, fraternitatis sue expers erit et quicquid magistri de reacquisitione talium vsi fuerint, Ciuitati dimidium presentabunt et fraternitas dimidietatem residuam optinebit. Si quis eorum confratrem suum maletractauerit turpibus verbis filium meretricis vel his similibus appellando, tribus solidis emendabit: horum dimidietatem ciuitas et dimidietatem fraternitas optinebit. Quilibet eorum debet apud confratrem suum in suis necessitatibus extra ciuitatem vno die et vna nocte si desiderat permanere: qui non fecerit, fraternitatis sue expers erit. Omnes etiam debent mortui confratris exequis interesse: qui non fecerit, si non necessitatibus fuerit prepeditus, cere dimidium liberam dabit. Quicumque aliam duxerit vxorem, cui acquirere velit fraternitatem, pro introitu solidum vnum dabit, quem fraternitas optinebit. Si quis magistris et confratribus oppositus exstiterit et rebellis, fraternitatis sue expers erit. Quicquid vero boni maior pars confratrum dictauerit, minor pars consentire debet, tamen dominorum Consulium voluntate et consilio mediante. Nostri quidem infutores debent infutoribus secum stantibus scilicet extraneis varam in omnibus adhibere et si falsa apud eos inuenerint, ad dominos consules hanc producent et quicquid de talibus vsi fuerint, de his tollet ciuitas duas partes et fraternitas eorum tertiam tollet partem. Preterea si nostri infutores forsitan se opponerent ciuitati, quod tamen nunquam credimus hoc facturos, ex tunc Consules habebunt liberam facultatem eorum fraternitatem penitus deponendi. Et quando noui Consules fuerint instituti, magistri

venient ad lobium ad consules proxima sexta teria post hec et jurabunt hec premissa velle seruare, quemadmodum superius sunt conscripta. In huius siquidem donationis euentiam ampliozem, presentem ipsis dedimus litteram, sigilli nostre ciuitatis munimine roboratam. Acta et data in annis domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die sancti Petri ad vincula, presentibus nobis Jordano vlamengero, Th. de Wegeleue, Arnolde de borch, Nicolao de scadewachten, hinrico de borken, hinrico de Jerchowe, willekino de bismarke, Bengero Stormone, henningo vlamenger, henningo de Insele, Nicolao de Sluden, Consulibus atque ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendalschen Ratharchives No. 34.

LXI. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich machen der Stadt Stendal gewisse Zugeständnisse in Betreff des Verkaufs von Wein und Getreide, so wie der Pfändung des Viehes, am 1. Mai 1300.

Nos Otto, Conradvs atque Hinricvs, dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landeberg, Notum esse cupimus uniuersis et tenore presentium publice protestamur, quod ad instancias atque preces dilectorum Burgenfium nostrorum Stendaliensium, quorum vsibus intendere studebimus, admiffimus, vt quicumque siue Burgenfis aut extraneus in nostra ciuitate Stendale (vina) adduxerit aut habuerit ad vendendum, ea particulariter ad ducillum vendere valeat libere atque licite absque taxacione (siue positione) consulum ciuitatis pro denariis placitis secundum propriam voluntatem, dummodo ciuitati tantum exsoluat, quantum consules cum discretioribus de ipsis (vinis) inter unum talentum et quinque solidos statuerint persolvendum. Volumus eciam atque mandamus ab uniuersis striccius obseruandum, ut in predicta ciuitate nostra Stendal omnia frumenta cum modijs, qui Strikchepele vulgariter nuncupantur, deinceps mensurentur, preter auenam, que solummodo optinebit cumulum in mensura, et nulla genera frumentorum, quando mensurantur, pressuram ab aliquo patiantur. Volumus quoque prefatos nostros Burgenfes ea perfrui libertate, ut si fortassis aliquis advocatorum vel officialium, aut famulorum nostrorum impignoraret pecora cuiusquam villani in rure, cum quibus ullus Burgenfis Stendaliensis pecora haberet, qui hoc optineret coram consulibus suo iure, eadem pecora ad se proprietatis titulo pertinere et hoc consules veraciter testarentur, ex tunc sua pecora sibi debent restitui uniuersa. Preterea si Burgenfis pecora cuiuscumque generis apponeret cum villano, et talis Burgenfis moreretur, eadem pecora dividi debent secundum iuris ordinem ciuitatis. Pro predictis libertatibus uniuersis memorati Burgenfes nostri nobis centum marcas Brandenburgensis argenti et dimidium plaustrum vini bono animo donaverunt. Actum et Datum Sandowe, in annis Domini Millesimo Trescentesimo, in die sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum, presentibus Domino Raven, nostro Dapifero, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Henningo de Sydowe, Domino Hinrico de Stegeliz, Domino Gherardo de Kerkowe, Domino Nicolao de Buek, nostris militibus, et alijs pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. des Stend. Ratharchives No. 35. Wo wir hier nach dem Vorgange von Lenz die eingeschlossenen Worte vina und vinis gesetzt haben, sind diese Worte im Orig. also ausgedrückt, daß man die Schriftzüge nicht mehr deutlich erkennt. Die Worte siue positione sind ebenfalls rabirt, jedoch noch lesbar.